This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

71 47
vol. 1

Kd
V 8.3

JP



IEDLÄNDER & SOHN
chhandlung
in N.W. 6.
istrasse 11.

SVMMA PLANTARVM

QVÆ HACTENVS INNOTVERVNT

METHODO LINNÆANA

PER GENERA ET SPECIES

DIGESTA ILLVSTRATA DESCRIPTA

A FVLGENTIO VITMAN

AB. VALLVMBROS.

IN R. MEDIOL. LYC. PVBL. BOTANICES PROF.

ET PLVR. ACAD. SOC.

TOMVS I.

MEDIOLANI. MDCCLXXXIX.

TYPIS IMPER. MONAST. S. AMBROSII MAJORIS.
SVPERIORVM PERMISSV.

Aug 1911
24986
KQ
V83

PRAEFATIO

QUodnam ſit huiuſce operis argumentum; quaeve utilitas ex ipſamet inſcriptione ſatis luculenter eruitur: hinc conſilii ratio prorſus ſupervacanea. Fervet paucis ab hinc annis Botanices ſtudium; itinera; Societates; Horti novas plantas in dies proferunt: deficiunt pene novis ſtirpibus nomina: Nec mirum; cum ſtrenui Viri nunc exſtent, qui nec itinerum labore; nec coeli conditione; neve impenſarum onere deterriti, id unum curarunt, ut Hiſtoriam, quam aiunt, naturalem novo cenſu augerent; cum praeſertim principum Virorum favore. Teſtes ſint Banks, qui plurima a fortuna mutuatus praeſidia ad laudem, optato ſibi ſocio Solandro, magna ſuſcepit, perfecit: Cook, qui in praeruptiſſimis montium, ubi vel caprini gregis veſtigium fruſtra quaeſiviſſes, diu eſt commoratus: Thumberg; qui Japoniam europaeo pedi antea imperviam, ſemel, ac iterum, plantarum novarum avidus, pauco aſſumpto viatico, fractis viribus perluſtravit: Sonnerat; Mutis; Pallas; Commerſon; Aublet; Dombay, aliique plures magni nominis Viri, quorum inventis Botanices ſtudium multo felicius nunc adolevit.

Hinc admirabilis plantarum novarum fere quotidiana ſupellex, ex diſſitis Orbis partibus advecta.

Opportunum itaque mihi viſum eſt plantarum omnium cenſum renovare; eumque qua revocatis; qua noviter inductis herbis amplificare; & quicquid in hac re fuit detectum, proferre. Sedenim, ut qua decet, ſincera fide agam, plantas ſingulas huc relatas dicere non audebo. Eſſet quidem opus utiliſſimum: at quis tot eſſe ſe viribus glorietur? Res quidem tanta ſuſcipi non poteſt ſine maximis præſidiis; potiſſimum vero ſine nuperorum omnium inventis. Cum in patriam reduces erunt ſummi Viri, qui generoſa quadam alacritate ducti, pridem iter ſuſcepere ad extremas Orbis partes, Beauvoir nimirum in Africam: Billiardiere ad Orientales terras: Blond ad Anthyllas, & Cayanam: Richard in Americam: Le Maſſon ad Promontorium Bonæ Spei (Botanicorum Athenæum): Greber ad Martinicam: De Haye ad Hiſpaniolam inſulam: Hendeſor ad Tartariam Præcopenſem: Geoffroy ad Senegam: Badier ad Guadalupiam: La Peyrouſe Orbem cauſſa luſtrandi: Hi, inquam, cum redierint, quicquid novi attulerint, alternis annis in vulgus edam, ſi fata ſiverint. Sufficiat interim hic referre quæ potiſſimum in Vegetabilium ed. 14. deſiderantur, quæque vulgata iam dudum ſunt, plures videlicet ſtirpes, quæ in Historia Helvetica Halleriana; quæ in Scopoli Flora Carniolica; fere omnes Aublet in Flora Guianenſi; Hacquet in nova

alpium Carniolicarum luſtratione, poſt Cl. Scopoli peracta, legere eſt. His cumulavi quæ poſt modo dictam editionem in lucem prodiere. Et quidem primo quæ in Cl. Allioni numquam ſatis commendata Flora Pedemontana, cui, utpote numeris omnibus abſoluta, nulla antefertur; paucæ pares numerantur. Quæ in Herltier *Stirpibus novis*: Scopoli Deliciis Inſubricis: Ludwig Stirpibus cryptogamis. Sonnerat ad Indos itineribus. Quas omnes ſi, fide tantum translatitia, ad proprias ſedes non revocem, dabunt mihi veniam, cum de nonnullis anceps adhuc ſim, an revera ſint novæ ſpecies, an varietates tantum; cumque nihil ſtatuere ſolitus ſim, niſi poſt experimenta iterum, ac ſæpius eadem de re capta. Non inde tamen quis dicere audebit, non ſatis acutam oculorum aciem tantos viros habuiſſe ad minimas plantarum diſſimilitudines noſcendas. Nemo enim ignorat, pro ſoli natura modo contrahi ſtirpes, modo produci: modo minora, & aridiora: maiora modo, & craſſiora eſſe folia, quamvis una, eademque ſit plantæ ſpecies; ut propterea nullum notandum eſſe diſcrimen videatur. Idem ſentiendum de aliis, quas in lucem nondum prodiras, puto: an novæ ſint incertus hæreo. Tot enim occurrunt ambages, utpote pluribus viciſſitudinibus obnoxiæ, ut iis expediendis, unius vix ſufficeret hominis vita.

At fortaſſe ſunt hæc quidem viliora, quam nonnulli ſibi ſuaſerint. Ne itaque Collectoris tantum

perſonam induere videar, eo potiſſimum ſpectant mea conſilia, ut cum Species, tum Genera, quæ hactenus vel ſolertioris indaginis defectu; vel novarum ſimilium additamentis, manca Botanicis ſunt viſa, nunc rectius definita (Cl. Allioni, & Cyrilli veſtigiis inſiſtendo.) tutis, inconcuſſiſque characteribus adparcant; ut omnis perturbationi locus tandem occludatur. Quod ſi Genera, Speciesque omnes examini ſubiicere minus fuit conceſſum, nonnullas emendaſſe iuvabit.

Hoc ut rite peragerem, non parum ſubſidio mihi fuere & Cl. Virorum tum noſtratum, tum exterorum conſuetudo: & illuſtris Halleri Bibliotheca, quæ cum aliis non minoris famæ in hoc Braydenſi Lycæo ex copioſis, ſelectiſque Auctorum Diſciplinis, ſervatur: qua duce comperi, tum Genera, tum Species plurimas in nuperibus editionibus relatas, exteram ſedem agnoſcere; quas ad eam, quæ eis congrueret, an referre deberem, diu anceps fui. Verum enim vero ordinis perturbatio; Botanicorum diſſenſus quò illæ pertineant, nihil innovandum docent. Sed in tanta rerum obſcuritate quid egomet ſentiam, ordine, & loco ſuo, ingenue propono.

At etiam, ut grati animi monumentum præbeam, non parum, ad meum propoſitum adſequendum, profuerunt Cl. Vahl Haphnienſis Anteceſſoris notitiæ, & quaſi lumina ex repetitis itineribus hauſta. Hicce enim Vir rei herbariæ peritiſſimus, ut forte nulli ſecundus, poſt peragratas diverſas Orbis, &

quidem a ſe diſſitas plagas, ex Africa in Europam redux, Londinum ſe contulit, Hortum aridum Linnæi exploraturus. Omnibus inde ſpeciminibus rite perſpectis, nonnulla a communi mente diſtare intellexit. Idem dicendum de Plucknetii potiſſimum Phytologia ob incongruæ Synonimiæ cauſſam. Neque in iis conſtitit tanti Viri ſedulitas. Exemplaribus Forskælianis cum deſcriptione collatis, plurimas plantas ad Floram Ægyptio-Arabicam relatas, iamdiu innotuiſſe comperit.

Quod ſi Specierum definitiones tyronibus ad claram, diſtinctamque illarum notionem concipiendam incertæ adhuc videantur, ut omnis inde erroris ſuſpicio e medio tollatur, cuilibet ſpeciei brevis quidem, & conciſa, ſed tamen apta additur totius plantæ deſcriptio. Notas autem in definitionibus adpoſitas, in plantæ deſcriptione renovandas non duxi, ne fruſtra longus evaderem.

Nomina, quæ audiunt, trivialia religioſe ſervo, utpote Specierum notioni coniuncta; etſi plantæ indolem pluries deſtruant potius quam deſignent.

Utque tandem de Speciei eſſentia ne dubitatione æſtuemus, Auctorum tantum Synonima, qui de Plantarum figuris diſerte egerunt, me retuliſſe gratum fore confido: quorum opera Botanice tantum habet nunc temporis honorem, quantum nullo umquam ſe conſecuturam ſperaſſet; cum ex priſcis herbarum imaginibus divinare potius, quam ſcire videamur, quid illæ ſibi velint.

Extremum moneo. Non ego mei tam audax æſtimator ſum, ut omnium votis ſatisfeciſſe me ſperem. Iter ſum ingreſſus: conficiant alii & viribus, & doctrina præſtantiores.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA

* *Scitamineæ, inferæ:* fructu loculari, infero.

2. *Renealmia*. Cal. 1-phyll. Cor. 3-fid. nectario oblongo. Bacca carnosa.
3. *Amomum*. Cor. 4-fid. lacinia prima patente (In A. *Zingibere*, & *Zerumbet* limbus cor. 3-fid. seu bilabiatus, lab. super. integro, infer. diviso, intra quem nectar. 3-lob. In A. *Cureuma* limb. cor. 6-fid. nisi tres laciniæ internas nectarium pariter nominandas ducas.)
8. *Curcuma*. Cor. 4-part. lab. ovato. Stam. 4. sterilia, 5. fertili.
10. *Thalia*. Cor. 5-pet. undulata. Drupa nucleo 2-locul.
7. *Maranta*. Cor. ringens, 5-6 fid. lab. magno, laciniis 2 alternis, patentibus.
5. *Myrosma*. Cal. duplex, exter. 3-phyll. inter. 3-part. Cor. irregul. 5-part.
9. *Kæmpferia*. Cor. 6-part. laciniis 3 maioribus patulis, unice 2-part. Stigma bilamellatum.
1. *Canna*. Cor. irregul. 6-part. lab. 2-part. revoluto. Filam. 0. Anth. lineares adnatæ margini nectarifero laciniæ superioris.
6. *Alpinia*. Cor. ventricosa, 6-fida, lobis lateralibus binis emarginatis.
4. *Costus*. Cor. interior inflata, ringens, lab. infer. 3-fido, lacinia media emarginata.

* *Valeriana rubra, Calcitrapa*.

** *Monospermæ*.

11. *Boerhaavia*. Cal. 0. cor. 1-pet. campanulata, plicata. Stam. 1-2 Sem. 1. nudum, inferum.
13. *Hippuris*. Cal. & cor. 0. Stigm. simpl. Sem. 1. Fol. verticillata.

Differt ab Equiſeto, articulis digito compreſſis, cum ſtrepitu diſſilientibus.

12. *Salicornia*, Cal. 1-phyll. ventricoſus, integer. Cor. 0. Sem. 1. Habitus plerumque aphyllos. Caulis teres, ſuccolentus, ſæpe articulatus.

DIGYNIA.

* *Plantæ.*

14. *Coriſpermum*. Cal. 0. Petal. 2. Sem. 1, ovale, nudum.
15. *Callitriche*, Cal. 0. Petal. 2. Cap. 2-4 locul. 4-ſperm.
16. *Blitum*, Cal. 3-fid. Cor. 0. Sem. 1 calyc, baccato contentum. Fl. pl. in glomerem collecti. Habitus Chenopodii.
17. *Mniarum*. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. 0. ſem. 1.

** *Gramineæ.*

18. *Cinna*. Cal. gluma 2-valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv.

MONOGYNIA.

1. CANNA, Spathæ vix ullæ. Cal. 3-phyll. erectus, coloratus. Cor. irregularis, 6-fida, laciniis tribus interioribus longioribus, quarum una reflexa, reliquæ erectæ. Filamentum oblongum, craſſum. Anth. oblongæ, 2-locul.

Folia integerrima, firma, Sem. oblonga, nigricantia, dura.

1. *indica*, C. fol. ovatis, utrimque acuminatis, nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 2. *tab.* C. 2. Cannacorus &c. Rumph. *amb.* 5. *tab.* 71. f. 2. Katu-bala. *Hort. mal.* 11. tab. 43.

Inter tropicos Aſiæ, Africæ, Americæ 4.

Caul. 2-cubital. Fol. ampla, pedem longa, ſemipedem lata, alterna, amplexicaulia, palleſcentia. Cor. coccinea, aut lutea.

2. *anguſtifolia*, C. fol. lanceolatis, petiolatis, nervoſis. *Syſt. Veg.* ed. 14. Arundo &c. *Moris. hiſt.* 3. S. 8. *tab.* 11. f. 6. Albara. *Piſ. Bras.* 213. f. *bona.*

Inter tropicos Americæ, locis umbroſis, ſpongioſis 4.

Priore humilior, & anguſtior. Petal. 3 interiora emarginata, ut in priore, quorum alterum laterale ita flectitur, ut intermedium evadat.

3. *glauca*. C. fol. lanceolatis, petiolatis, enerviis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cannacorus &c. *Dill. elth. tab.* 59. f. 69.
In Carolinæ aquoſis ♃.
Caulis ſeſqui-2-cubital. Fol. petiolis ſe invicem amplexantibus, pallidi ra, glauca; media & ſuperiora latiora, & longiora. Fl. cæteris majores, flavi, immaculati.

---

juncea. C. fol. linearibus nervoſis. *Retz. Obſ. faſc.* 1.
In China ♃.
Fol. graminea, baſi vaginantia, nervis 5. elevatioribus, propè radicem fibris capillaribus obtecta, ſpitham-pedal. Scapus vaginis pl. lanceolat. inſtructus, paucifl. Cor. parva, obſcurè rufa. Fructus muricatus.

2. RENEALMIA. Cal. 1-phyll. Cor. 3-fid. nectar. oblongo.

1. *exaltata*. R. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
Globba &c. *Rumph. Amb. 6. tab.* 62. 63.
In Surinamo ♄.
Arb. recta, 18-ped. ſpadice nutante. Caul. & fol. Cannæ, ſed anguſtiora, & longiora, 2-3 pedal. lanceolata, acumine retuſo, glaberrima, nervis obliquis. Racemus cum bracteis alternis, lanceolat. canaliculatis, nervoſis, glabris, deciduis. Pedunc. in axillis bractearum, ſolitarii, breves, incurvati, depreſſi, pubeſcentes, ſpatha terminati. Spatha 1-phyll. apice dehiſcens ut calyx, in 2-3 lacinias, ut exeant fl. Inter ſpatham hanc adeſt flos, & alia ſpatha 2-fl. ſic ſingulus pedunculus evadit 3-fl. Calyx ſpathis omnino ſimilis, ut eſſet ſpatha, niſi germini inſideret. Fructus in racemo compoſito dependent, fig. & magnitudine fructus Momordicæ Elaterii. Caro craſſa, corticalis, rubicunda, ſolida, in medio loculum 3-gon. diſſepimentis membranaceis, mollibus, ſuccoſis. Sem. parva, nigra, glabrima, Amomi Cardamomi ſimillima. *Fruct. conditus gratus incolis Surinami*.

3. AMOMUM. Cor. 4-fid. lacinia prima patente, (In A. *Zingibere*, & A. *Zerumbet* limbus cor. 3-fid. s. bilabiat. lab. ſuper. integro; infer. diviſo, intra quem nectar. 3-lob. In A. *Curcuma* limb. cor. 6-fid. niſi 3 lacinias internas nectarium pariter nominandas ducas.)

1. *zingiber*. A. ſcapo nudo: ſpica bracteis inflato-concavis, latioribuſque protuberante: fol. anguſtis.

A. ſcapo nudo, ſpica ovata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jac. hort.* 1. *tab.* 75. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 66. f. 1. Inſchi. *Hort. mal.* 11. *tab.* 12.

In India orient. & in Jamaica ♃.

Caul. 2-3 ped. Fol. vaginantia, enſiformia, integerr. plana. Scapus pedal. totus vaginis veſtitus. Bracteæ arcte imbricatæ; fl. unicum continentes. Spatha membranacea. Cor. fordide flava.

2. *zerumbet*. A. ſcapo nudo: fol. latis: ſpica ſuperficie æquiſſima.

A. ſcapo nudo: ſpica oblonga, obtusa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Comm. Gott.* 1775. *tab.* 2. *Jacq. hort.* 3. *tab.* 54. *Ehret. pict. tab.* 14. f. 1. *Mill. Dict. tab.* 25. *Black. tab.* 402.

In India ♃:

Odor aromaticus. Bulbi connati, ſubrotundi. Caul. erecti, 3-6 ped. inferne aphylli, vaginis amplexicaulibus. Fol. alterna, petiolata, elongato-lanceolata, acumin. obſcure lineata, ſubdiſticha, integerr. nitida, ſupra læte virent. ſubtus pallidiora; infima breviora, ſumma anguſtiora, intermedia longiſſima. Scap. aphyll. oblique adſurgens, vertice obtuſo. Spica ovata, dein oblonga, ex ſquamis imbricatis, concavis, poſt efflorescentiam rubens. Spathæ albidæ. Cor. ochroleuca.

3. *cardamomum*. A. ſcapo ſimpliciſſ. breviſſ. bracteis alternis laxis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 385. f. 1. 2. 3. & *tab.* 584-585. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 65. f. 1. Elettari 2. *Hort. mal.* 11. *tab.* 6.

In Indiæ umbroſis ♃.

Rad. obliqua, nodoſa, tuberculoſa. Caul. rectus, 3-ped. rotundus, inferne rubens. Fol. pedal. tres digitos lata, alterna, apice longo, anguſto, longitudinaliter ſtriata, glabra. Fl. flaccidi, albi, macula lutea intus notati.

4. *granum paradiſi*. A. ſcapo ramoſo, breviſſimo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 385. f. 4. Elettari. *Hort. mal.* 11. *tab.* 6.

In Madagaſcar, Guinea, Zeylona ♃.

Planta etiamnum obſcura. Fructus rubicundi, ſapore fervido.

5. *curcuma*. A. ſcapo ſpathis laxis, ex centro foliorum. *Syſt. veg. ed.* 14. *Iacq. hort.* 3. *tab.* 4. *Herm. Lugd. tab.* 209. *Black.* tab. 396.
Manjella-Kua. *Hort. mal.* 11. *tab.* 11. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 67.
In India 24.
Rad. tuberoſa pendula, crocea. Petioli 2-4. ped. caulem mentiuntur. Fol. radicalia, plura, 6-pedal. ovalia, lineata, glabra, ſupra lætе, ſubtus pallide virentia. Bract. ſpicam efformant ſemipedalem, oblongæ, obtuſæ, albæ, margine purpuraſcente, quarum ſingula continet fl. ternos, odoros. Spathæ membranac. ovatæ, pellucidæ, albæ. Cor. tubo flavo-albente, limbo albo.

6. *mioga*. A. ſcap. breviſſimo: fol. enſiformibus acutis: capſula ovata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Japon. Kæmph. am. exot. faſc.* V. p. 806.
In Japonia.
Rad. fuſiform. fibroſa, aromatica. Caul. ped. & ultra, debilis, totus folior. vaginis decurrentibus tectus. Fol. ſpitham. alterna, vaginantia, patentia, multinervia, glabra. Scap. florifer diſtinctus. Fl. faſciculati, ſeſſiles, ſquamis imbricatis obvoluti. Squamæ alternæ, amplexicaules, albæ. Cor. laciniæ exteriores regulares, albæ; intima cæteris diſſimilis, ovata, obtuſa, valde concava, inferne biaurita, flava. Caps. obtuſa. *Fol. maxime accedit ad A. Zingiber, & Zerumbet: differt ſpica fl. radicali, abſque ullo fere ſcapo.*

---

repens. A. *Sonnerat. Voyag.* 2. *tab.* 136.
Elettari. *Hort. mal.* 7. *tab.* 4. 5.
In Malabaria. 24.
Caul. pl. 8-10 ped. ſimplices. Fol. alterna, lanceol. acumin. 8-15 poll. longa, 2 lata, ſubtus nervoſa, nervo medio albido; lateralibus, obliquis, paralellis. Racemi radicales, ſeſquiped. compoſiti. Fl. albi, lineis purpureis picti.

anguſtifolium. A. *Sonnerat. Voyag.* 2. *tab.* 137.
In Madagaſcar. 24.
Quoad fol. anguſta, videtur. A. Zingiber, ſed differt fl. ſpica, ſi genuina eſt *Rheedi fig. hort. mal.* 2. *tab.* 12.

4. COSTUS. Cor. interior inflata, ringens, lab. infer. 3-fid.

1. *arabicus*. C. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 394.
In India utraque. ♃
Caul. 1-2 ped. ſuberecti, geniculati. Fol. dilute viridia, nitida. Spica ſtrobili Abietis ſimilis. Spatha ſimplex. Cal. ruber. Cor. alba.
Alpinia *ſpicata*. *Jacq. amer.* 1. *tab.* 1. *edit.* 2. *pict. tab.* 1.
Zingiber &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 105. f. 2. *credo quod ſit ſp. diverſa*.
Fol. oblonga, acumin. baſi adtenuata, alterna, breviter petiolata, integerrima; floralia ſub ſpica plerumq. quaterna. Spica ſolitaria, conica, denſe compacta, e ſpathis imbricatis, coccineis, 1-fl. Cor. flava.

5. MYROSMA. Cal. duplex; exterior 3-phyll. interior 3-part. Cor. irregular. 5-part.

1. *cannæfolia*. M. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Naru-kila. *Hort. mal.* 11. *tab.* 54? *ſed fructus nimis magnus*.
In Surinamo. ♄.
Frutex more Cannae. Rad. horizontal. brevis, apice adſcendens, carnoſa, ovata, leviter compreſſa, ut in Amomo, anulis cincta, tecta vaginis alternis, amplexantibus, adpreſſis, ovatis, latis, fibroſis. Fol. ut in congeneribus ovalia, venoſa, glabra; inferiora petiolis elongatis, dilatatis, radicatis, caulem formantibus: ſuperiora petiolis extra caulem. Petioli verſus inſertionem fol. elevantur in anulum cylindricum. Scapi teretes, ſubpiloſi, terminati articulo, ex quo folium caulinis ſimillimum; & pedunculus vagina petioli involutus. Racemus inſtar amenti Lupuli, imbricatus ſquamis bractearum alternis. Bract. 2-phyll. 2-fl. exterior amplexicaulis, latior, ovata, membranacea; interior brevior, anguſtior, oblonga.

6. ALPINIA. Cor. ventricoſa, 6-fid. lobis 3. patentibus.

1. *racemoſa*. A. fl. racemoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Plum. ic. tab.* 20.
Amomum &c. *Rottboel. in Collect. Soc. med. Haun.* II. *tab.* 2.
Zingiber &c. *Sloa. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 105. f. 1.
In Amer. calidiore ♃.
Rad. nodoſa. Caules breviſſimi. Stolones faſciculum formant intricatum. Fol. Acori, alter-

na, vaginantia, acuminata, ſubundulata, ſtriata, nervoſa. Racemus grandis. Fruct. ovat. ſtriatus, umbilicatus. *Pertinet ad Amomi genus.*

2. *ſpicata*. A. fl. ſpicatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
An Coſtus Arabicus?

---

multicaulis. A. *Aubl. Guian.* 1.
Paco-ſcrocca &c. Plum. MSS. 5. *tab.* 27. 28.
In Caïenna.
Fruct. parum ſucculentus. Sem. Cardamomo ſimilia.

7. MARANTA. Cor. ringens, 5-6 fid. laciniis 2 alternis, patentibus.

1. *arundinacea*. M. culmo ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Mart. cent. tab.* 39.
In America calidiore ♃.
Rad. tuberculata. Caul. 2-ped. ſubramoſus, ſubcompreſſus, lævis. Fol. alterna, ovata, glabra, integerr. nitida, fibris parallelis. Rami pauci, ſubnudi, ſubdiviſi in peduncul. floriferos. Cor. alba.

2. *galanga*. M. culmo ſimplici; fol. ſubſeſſilibus, lanceolatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 63.
In India orientali ♃.
Rad. articulata. Caul. pl. 7-8 ped. nudi, inferne folior. involucris cincti. Fol. alterna, ſuper. ſemper maiora, glabra, nervo medio. Fl. corymbus vix ſpitham. Cor. ſordide albeſcens. *Galanga hæc eſt Offic.*

3. *comoſa*. M. coma foliol. reflexis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Surinamo ♃.
Fol. Cannæ ſimilia, radicalia, petiolata, lævia. Scap. 3-ped. craſſitie pennæ cygneæ, teres, lævis. Coma terminalis, foliol. numeroſis, confertis, ſeſſilibus, ovatis; inferioribus ſenſim minoribus. Fl. inter fol. inferiora comæ, ſeſſiles, ſingulis bracteis bifariis, 3 parium; valvulis ſuperioribus bicarinatis; inferioribus æqualibus Floſc. terni.
Perian. ſuperum, caducum, foliol. 3 lanceolat. petaloidibus, longitudine cor.
Cor. 1-pet. tubus longitudine fere calyc. Limbus 5-part. lacin. 4 lanceolat. quinta 2-fid.
Filam. breve, tubo inſidens. Anth. erecta, oblonga.

Pist. Germ. breve: Styl. filiform. clavatus, inferne tubo adnatus: stigm. simpl. angustum.
Peric. Capsul. 3-locul.
Sem. plurima.
An novum genus? Certe facies a reliquis aliena.

arouma. M. caul. inferne nudo. *Aubl. Guian.* 1.
Bermudiana &c. *Plum. MSS. tab.* 23. 24.
In Caribæis ♃.

tonkat. M. rad. nodosa. *Aubl. Guian.* 1.
Arundastrum. *Rumph. Amb.* 4. *tab.* 7.
In Guiana ♃.

allouia. M. fol. amplis, ovato-rotundatis: scapo nudo: capitulo foliosо, variegato. *Aubl. Guian.* 1. *Plum. MSS.* 5. *tab.* 35. f. 5.
Naru Kila. *Hort. mal.* 11. *tab.* 34.
In Guiana ♃.
Rad. tuberculata. Fl. capitati, albi.

humilis. M. culmo ramoso, fol. breviore: radicibus tuberosis. *Aubl. Guian.* 1.
In Caïenna ♃.
Rad. tuberculosa. Fl. albi.

spicata. M. fol. ovato-oblong. subfalcatis: caul. nudo. Fl. spicatis. *Aubl. Guian.* 1.
In Guiana.
Folior. nervi longitudinales, usque ad apicem non perveniunt, & apex est inclinatus. Spath. coriaceæ. Fl. albi.

lutea. M. amplissimo folio. *Aubl. Guian.* 1.
Bermudiana &c. *Plum. MSS. tab.* 21. 22.
In Guiana.

malaccensis. M. culmo simplici: fol. petiolat. ovatis. *Burm. Ind.*
In India.
Culm. erectus, villosus. Fol. e viridi tomentosa, lineata, ut in Canna. Fl. 12, alterni.

8. CURCUMA. Stam. 4. sterilia, 5. fertili.

1. *rotunda.* C. fol. lanceolat-ovatis; nervis lateralibus rarissimis. *Syst. veg. ed.* 14.
Mania-Kua. *Hort. mal.* 11. *tab.* 10.
In Indea ♃.
Rad. bulbosa, intus flava. Fol. 4-5, radicalia, petiol. longo, sesquiped. lata 5-6-pollic. erecta, acuminata, Galangæ simillima. Fl. albi, subtus rubri.

9. KÆMPFERIA. Cor. 6-part. laciniis 3. majoribus patulis, unica 2-part. Stigm. bilamellatum.

1. *galanga*. K. fol. sessilibus ovatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Hort. Cliff. tab.* 3.
Calceolus &c. *Pet. gaz. tab.* 19. f. 2.
Wanbom. *Kæmp. am. tab.* 902.
Sonchorus. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 69. f. 2.
Katsjula-Kelengu. *Hort. mal.* 11. *tab.* 41.
In India ♃.
Planta humilis. Rad. obtusa, plerumq. glandiformis, nonnullis minoribus lateralibus mixta, alba. Fol. radicalia, in orbem posita, Curcumæ similia, sed breviora, crassiora, 3-4 pollic. longa, 3-digitos lata, breviter petiolata, mucrone brevi, supra obscure virid. subtus albida, margine undulato, nervosa ut in Plantagine, longitudinaliter striata. Cor. albo-cœruleo-purpurasc.

2. *rotunda*. K. fol. petiolat. lanceolatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 399.
Malan-kua. *Hort. mal.* 11. *tab.* 9.
In India ♃.
Rad. bulbifera, extus cinerea, intus alba. Caul. cubital. Fl. radicales. Spath. membranacea, alba, 4-5 fl. Cor. ex rubicundo-albo-luteo-purpureoq. col. mixta. Stam. purpur.

10. THALIA. Cor. 5-petal. undulata. Drupa nucleo 2-locul.

1. *geniculata*. T. *Syst. veg. ed.* 14. *Rottbœl. collect. hav.* 2. *tab.* 2.
Cortusa &c. *Plum. gen. ic.* 108. f. 1.
In Amer. meridion ♃.
Rad. tuberosa, nodosa. Caul. plusquam orgyal. superne ramosus. Fol. alterna, vaginantia, ovat-oblonga, nervis transversis paralellis. Spathæ 1-2 fl. Petal. 3. maiora sursum erecta, concava, & quasi lacera: 2. infer. minora, urceolata, & quasi revoluta. Fruct. ovatus, glaber.

11. BOERHAAVIA. Cal. o. Cor. 1-pet. campanulata, plicata. Stam. 1-2. Sem. 1. nudum, inferum.

1. *erecta*. B. caule erecto: fl. diandris. *Syst. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 5. 6.
B. diandra. *Burm. Ind. tab.* 1. f. 1.
In Vera Cruce ♃.
Caul. debilis, inferne viscosus, atro-purpurasc.

adſperſus atomis, ſeu pilis breviſſimis. Fol. oppoſita, petiolat. ovata, acuta, undulata, margine ſcabra, ſubtus pallidiora, petiol. ſubrubris. Racemi inæquales. Cor. minima, cylindrica, albo-rufeſcens, laciniis acutis, denticulis interiectis. Stam. 2. Stigm. capitatum.

2. *diffuſa*. B. caul. lævi, diffuſo: fol. ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14. Valerianella &c. *Herm. par. tab.* 237. Talu-dama *Hort. mal.* 7. *tab.* 56. *In Indiâ* ♃. Caul. puſilli. Fol. oppoſita, obtuſa, ſubtus albida. Pedunc. axillar. ſolitar. Fl. capitati, terni, monandri, ſubſeſſil. purpur. Sem. oblong. angulata, villoſa.

3. *hirſuta*. B. caul. diffuſo, pubeſcente: fol. ovatis, repandis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 7. *In Jamaica* ♃. Caul. 1-ſeſquiped. plerumque dichotomus. Fol. oppoſita, petiolata, craſſiuſcula, margine piloſo, ſubtus albida. Pedunculi ſæpe 3-fl. Cor. purpur. Stam. 2. Fruct. ſulcatus, 5-gon. truncatus.

4. *ſcandens*. B. caul. erecto, ramis ſcandentibus: fol. cordatis, acutis: fl. diandris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 4. Solanum &c. *Pluk. alm. tab.* 226. f. 7. *In Jamaica* ♃. Caul. fruteſcens, 6-ped. ſtrictiſſimus, lævis, ſubtrichotom. Rami alterni. Fol. oppoſita, petiolat. obſolete angulata, glabra, utrimq. concoloria. Pedunc. laterales. Umbellæ 6-fl. Involuc. 5-phyll. Cor. campanulata, plicata, viridi-flaveſcens. Sem. filiform. truncata, apice tuberculata.

5. *repens*. B. caul. repente. *Syſt. veg. ed.* 14. *In Nubia* ♃. Caul. ſubped. nodoſi, ſucculenti. Fol. oppoſita, magnitudine inæqualia, majora vix ſemipoll. longiora, ſubundulata, ſupra lætevirentia, venis purpuraſcentibus picta, ſubtus albida, lanuginoſa. *Variet. omnibus partibus minor.*

6. *anguſtifolia*. B. fol. linearibus acutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Habitat* . . . . .

12. SALICORNIA. Cal. ventriculoſus, integer. Cor. 0. Sem. 1. Habitus plerumq. aphyllos.

1. *herbacea*. S. herbacea, patula, articulis apice compreſſis,

emarginato-2 fidis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 303. *Pallas it.* 1. *tab.* A. f. 1. *Black. tab.* 598. *Baſt. ſubſ.* 2. *tab.* 50. *Dod. pempt.* 82.
In Europæ, Virginiæ litoribus maritimis ☉.
Frutex ſæpe cubito altior, erectus. Articuli cylindrici, apice craſſiores. Spica articulata. Fl. terni, adproximati, parvi, lutei.

2. *fruticoſa*. S. caul. erecto, fruticoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Gmel. Sib.* 3. *tab.* 1. f. 1.?
In Europæ maritimis ♄.
Sempervirens, erecta, longeq. ma. a priore videtur diverſa.

3. *virginica*. S. herbacea, erecta, ramis ſimpliciſſimis.
Syſt. veg. ed. 14.
In Virginia.
Planta viridi-cœruleſcenti farina tenui obducta. Rami oppoſiti, terminati ſpica longa, articulata. Diſtinguenda ab herbacea, quæ etiam in Virginia creſcit. In ſpecie quadam Virginiana erat calyx ſquama ovata, cochlearis inſtar concava, erecta. Stam. certe 2. Piſt. ſuperum.

4. *arabica*. S. fol. alternis, vaginalibus, obtuſis, hinc dehiſcentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pallaſ. it.* 1. *tab.* A. f. 3.
Kali &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 5. *tab.* 33. f. 7.
In Arabia ♄.
Facies Tamariſci, vel Anabaſeos. Fruticuli erecti, ſubped. creberrimi, alterne ramoſi. Spicæ terminales, ſub 4, parvulæ, alternæ, toruloſæ.

5. *caſpica*. S. fruticoſa; articulis cylindricis: ſpicis filiformibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pall. it.* 1. *tab.* A. f. 2.
Kali &c. *Buxb. cent.* 1. *tab.* 11.
In mari Caſpio &c. ♄.
Facies e longinquo Tamariſci. Frutex 2-3 ped. Ramuli tenuiores denſe naſcentes.

6. *ſolicta*. S. fol. linearibus, alternis, amplexicauli-decurrentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Sibiria ♄.
Frutex ramis ſimplicibus alternis. Fol. carnoſa.

ſtrobilacea. S. *Pall. it.* 1. *tab.* B. f. 1. 2.
Ad mare Caſpium ♄.
Planta e longinquo conſpecta vix ab Anabaſi aphylla diſtinguitur. Rad. paſſim ſoboliferæ.

Caul. ad terram proſtrati, & flexuoſi, ſubped. fruticoſi. Surculi erecti, ramoſi, nodoſi, partim gemmis utrimq. prorumpentibus, partim adultis ſpicis enatis. Spicæ in crucem alternatim oppoſitæ, ſeſſiles, cylindricæ, obtuſæ; maturitate, vel maceratione, ſtrobilorum inſtar, ſquamatim ſolvendæ: in harum qualibet fl. ſub 20.

foliata. S. *Pall. it.* 1. *tab.* C. f. 1. 2.

pallas. *In paludibus Dauuriæ* ♄.

Facies ſquallida, & morboſa: forſan var. S. *arabicæ*. Fruticuli diffuſiuſculi, ſubped. informes, caulibus ramoſiſſimis. Fol. ita alterne poſita, ut 4-fariam a cauliculis pateant. Surculi adultiores, & a Gallis non corrupti, omnibus ramis ſpicas alternas proferunt. Plantæ iuniores, & in ſicciore loco natæ vix folia proferunt.

cruciata. S. pedunculor. articulis cruciatis; caulis vero globoſis. *Forsk. Æg-Arab.*

Alexandriæ ♄.

Caul. procumb. fruticoſus, teres, brunneus: rami conferti, erecti, articulati, virides. Articuli inferiores ſteriles, minores, ſubgloboſi, tuberculati ſextuplici ordine ſquamarum; geniculis pallidis, ſquamatis, arctatis: ſuperiores floriferi majores, tranſverſe cylindrici: fl. ſparſi, nudi ad apicem ſquamarum, quæ ſuccu-lentæ facile rumpuntur, ſi dilatare velis.

perfoliata. S. fol. carnoſis, urceolat-orbiculatis, caule perfoliatis. *Forsk. Æg-Arab.*

In Arabia.

Frutex diffuſus, pedal. Caul. non articulatus. Spicæ axillar. & terminales, ſeſquipoll. teretes, fl. ternatim poſitis, ut in S. *europæa*. Fol. contigua, in frugiferis orbiculata, verſus peripheriam caule perforata, alterna: in iunioribus non frugiferis vagina craſſa, urceolata; decurrentia.

13. HIPPURIS. Cal. O. Cor. O. Stig. ſimpl. Sem. 1. Fol. verticillata. Differt ab Equiſeto, articulis cum digito compreſſis cum ſtrepitu diſſilientibus. *An planta gynandra?*

1. *vulgaris*. H. fol. octonis, ſubulatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 87.

Limnopeuce. *Vaill. Act. paris. 1719. tab. 1. f. 3.*
Polygonum fem. *Cam. epit. 649.*
In Europæ fontibus &c. 4.
Caul. erectus, 1-2 ped. articulatus, albidus. Fol. facie Equiſeti ſylvatici, obtuſiuſcula, plana, integerr. glabra, læte viridia.

2. *tetraphylla*. H. fol. quaternis, oblongis, obtuſis. *Syſt. veg. ed. 14. Lin. ſuppl.*
In Svecia.
Fol. ſpathulat-ovata.

---

lanceolata. H. fol. lanceolat. inferioribus quaternis, ſuperioribus quinis. *Retz. Obs. faſc. 3. tab. 1.*
In Finlandia.
Facies Elatines Alſinaſtri.

DIGYNIA.

14. CORISPERMUM. Cal. O. Pet. 2. Sem. 1., ovale, nudum.

1. *hyſſopifolium*. C. fl. lateralibus. *Siſt. veg. ed. 14.*
Rhagoſtris &c. *Buxb. cent. 3. tab. 55.*
Monſpelii &c. ☉.
Caul. palmar. & ultra, diffuſus, villoſus, ſed non ſcaber. Fol. Graminea, alterna.

2. *ſquarroſum*. C. ſpicis ſquarroſis *Syſt. veg. ed. 14.*
Rhagoſtris &c. *Buxb. cent. 3. tab. 55. 56.*
In Tartaria ☉.
Caul. dodrant. angulatus, ſtriatus. Fol. arundinacea, rigida, ſtriata, incana. Sem. duplici aculeo.

15. CALLITRICHE. Cal. O. Pet. 2. Caps. 2-4 locul. 4-ſperm.

1. *verna*. C. fol. imis linearibus, ſuperioribus ſubrotundis.
C. fol. ſuperioribus ovalibus fl. androgynis. *Syſt. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 129.*
In Europæ foſſis aquoſis ☉.
Hæc major eſt, etiam pedal. Fol. oppoſita, integerrima, vel 2-fida, ſolitaria, flaccida, glabra, læte virent. Superiora in aquæ ſuperficie in roſulas congeſta. Fl. terminales, albido-virent.

2. *autumnalis*. C. fol. omnibus linearibus.
C. fol. omnibus linearibus apice 2-fid. fl. hermaphrodit. *Syſt. veg. ed. 14. Gmel. Sib. 3. tab. 1. f. 2.*
Lenticula &c. *Loeſ. pruſſ. tab. 38.*
In Europæ foſſis aquoſis ☉.

Fol. pallide virentia; quæ in roſulis paulo latiora, ſed non ſubrotunda, ut in priore.

16. BLITUM. Cal. 3-fid. Cor. o. Sem. 1, calyc-baccato. Fl. pl. in glomerem colliguntur. Habitus Chenopodii.

1. *capitatum*. B. capitellis ſpicatis, terminalibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* E. 3.
Atriplex &c. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 5. *tab.* 32. f. 11.
In Helvetia, Rhætia, Tyrolo &c. ⊙.
Caul. pedal. ſimplex. Fol. longe petiolat. haſtata, ſemitriloba, quandoque integra, dentata. Globuli florales, ſeſſil. coccinei.

2. *virgatum*. B. capitellis ſparſis, lateralibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Atriplex &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 5. *tab.* 32. f. 2.
In Hiſpania, Gallia Narbonenſi &c. ⊙
Caul. ſubped. ramoſi, angulati. Fol. angulata. Globuli maturi rubri. *Var. fol. lanceolat. integerrim.* B. *Chenopodioid. Syſt. veg. ed.* 13. *eſt var. monſtroſa huius.*

17. MNIARUM. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. o. Sem. 1.

1. *biflorum*. M. *Syſt veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Forſt. gen.*
In nova Zeelandia.
Facies Minuartiæ. Planta dichotoma, glaberrima, undique veſtita fol. adproximatis, connatis, aceroſis. Fl. terminales, bini, ſubſeſſil. fol. fere breviores.

18. CINNA. Calyc. gluma 2-valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv. Sem. 1.

1. *arundinacea*. C. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Canada.
Gramen magnitudine Avenæ. Culmi plurimi, glabri. Fol. latiuſcula, glabra, margine ſcabra. Panicula oblonga, attenuata, ſecunda, compreſſiuſcula.

NOVA GENERA

QUALEA.

Cal. Periant. 1-phyll., profunde 4-partitum, lacin. ovatis, concavis, coriaceis, inæqualibus, lateralibus ma:
Cor. 2-pet. Petalis ungue cal. fundo inſertis,

ſuperiore lato, ſubrotundo, erecto, emarginato, extus albo, intus carneo, baſi deſinente in nectarium corniculatum, obtuſum, intra cal. lacinias ſuperiores prominens; inferiore luteo, verſus unguem albo, longiore, ampliore, expanſo, reflexo.

Stam. Filam. 1. incurvum, baſi germinis inſertum: anth. oblonga, incurva, 2-locul.

Piſt. Germ. orbiculatum. Stylus longus, incurvus: Stigma obtuſum.

Sem. Plurima, in pulpa nidulantia.

1. *Roſea*. Q. fl. amplis, carneis.
Aub. Guian. tab. 1.
In Caribæis ♄.
Arb. 60-pedal. in apice rami pl. nodoſi, latè, & undique ſparſi: ramuli oppoſiti. Fol. oppoſita, ovata, acuta, obtuſa, rigida, glabra, pallide virentia, nervo longitudinali ſubtus prominente, & nervis lateralibus innumeris paralellis inſignita. Stipulæ binæ, laterales ad baſin petioli, deciduæ. Fl. terminales, paniculati. Bracteæ binæ, exiguæ, deciduæ ad baſin ramulorum. Fl. expanſi odorem ſuavem ſpirant.

2. *Cærulea*. Q. fl. parvis.
Aub. Guian. tab. 2.
In Caribæis ♄.
Arb. 60-80. pedal. rami, & ramuli ut in priore. Fol. oppoſita, vel ſuboppoſita, petiolata, acuta, obtuſa, integerrima, glabra, ſubviridia, nervo longitudinali ſubtus prominente, & nervulis paralellis, ſimplicibus, lateralibus inſignita. Stipulæ binæ, laterales ad petiolorum baſin, deciduæ. Fl. terminales, paniculati. Cal. intus villoſus, cinereus. Pet. duo oppoſita; ſuper. erectum, ſubrotundum, emarginatum, extus cinereum, intus ſubcœruleum; infer. majus, latius, & profundius emarginatum, reflexum, violaceum, verſus unguem luteum, nigris maculis notatum.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. inferi, monopetali, regulares.*

23. *Olea.* Cor. 4-fid. tubo brevi, lacin. ſubovatis. Styl. 2-fid. Drupa 1-ſperm.
24. *Chionanthus.* Cor. 4-fid. lacin. longiſſim. Drupæ nucleus ſtriatus.
22. *Phylliræa.* Cal. 4-dent. Cor. rotata, 4-fid. Bacca 1-ſperm.
21. *Liguſtrum.* Cor. infundibulifor. 4-fid. Bacca 4-ſperm.
25. *Syringa.* Cor. infundibulif. 4-fid. laciniis linearibus. Capſ. 2-locul. 2-valv. 2-ſperm.
27. *Eranthemum.* Cor. 5-fid. tubo filiform. lacin. obovatis, planis. Anth. extra tubum. Stig. ſimpl. Ciſp.
20. *Iaſminum.* Cal. tubuloſus, 5-dent. Cor. infundibulifor. 5-fid. Anth. extra tubum. Bacca 2-cocca. Sem. arillata.
19. *Nyctanthes.* Cal. 8-10-12-fid. Cor. 8-fid. Bacca 2-cocca.

** *Fl. inferi, monopet. irregulares. Fruct. capſulat.*

30. *Pæderota.* Cal. 5-part. Cor. 4-fid. Cap. 2-locul.
29. *Veronica.* Cal. 4-fid. Cor. rotata, 4-par. lacinia infima anguſtiore. Caps. 2-locul. Sem. 2.
33. *Gratiola.* Cal. 7-phyll. foliol. 2. exterioribus patulis. Cor. tubuloſa, 2-lab. galea emarginata; barba 3-fid. Stam. 2 tantum fertilia. Caps. 2-valv. 2-locul. polyſper.
34. *Schwenkia.* Cor. ſubægual. fauce plicata, glanduloſa. Stam. 3. ſterilia. Capſ. 2-locul. polyſper.
31. *Juſticia.* Cor. ringens. Stam. anthera unique ſingulari. Caps. 2-locul. ungue elaſtico diſſiliens.
32. *Dianthera.* Differt a Juſticia, quod ſtamen ſingulum duabus anth. alternis ſit præditum.
35. *Calceolaria.* Cal. 4-part. æqualis. Cor. ringens, inflata. Caps. 2-locul. 4-valv.
36. *Pinguicula.* Cal. 2-lab. 5-fid. Cor. tubuloſo-ventricoſa, calcarata, patens: lab. ſuper. 2-fid. infer. 3-fid.

3-fid. Stam. bifurca. Capſ. 2-valv. 1-locular, polyſper.

37. *Utricularia*. Cal. 2-phyll. æqual. Cor. ringens, calcarata. Caſp. 2-valvis, 1-locul. polyſper.

38. *Wulfenia*. Cor. ringens, calcarata, ſemihians, ad faucem barbata.

* *Bignonia Catalpa*.

*** *Fl. inferi, monopet. irregular. Fructus gymnoſpermi.*

39. *Verbena*. Cal. lacinia ſuprema breviore. Cor. infundibuliformis. ſubæqual. curva. Stam. 2-4, Sem. 2-4, nuda.

40. *Lycopus*. Cor. ſubæqual. 4-fid. lacinia unica emarginata. Stam. diſtantia. Sem. 4, retuſa.

41. *Amethyſtea*. Cal. ſubcampanulat. Cor. 5-fid. ſubæqual. lacin. infima patentiore, concava.

43. *Ziziphora*. Cal. filiform. Cor. ringens, galea reflexa, integra. Sem. 4.

44. *Monarda*. Cor. ringens, galea lineari, obvolvente genitalia.

45. *Roſmarinus*. *Anth. arctiſſime coniunctæ, ut unicam antheram componere videantur filamentis liberis*. Cor. ringens: lab. ſuper. longum, reflexum, emarginatum: infer. 3-fid. lacinia media maiore, oblonga, in ambitu crenata, profunde emarginata, baſi anguſta; laciniis lateralibus ovatis, obtuſis, marginibus reflexis. Galea a lab. inferiore recta divergit.

46. *Salvia* Cor. ringens. Stam. bifurcata, pedicello nimirum, ſive filamento cor. inſerto tranſverſe imponitur filamentum antheriferum.

42. *Cunila*. Cor. ringens; galea erecta, plana. Filam. 4. duo caſtrata. Sem. 4.

47. *Collinſonia*. Cor. ſubringens; lab. inferiore capillari, multifido. Sem. 1.

**** *Fl. inferi, tetrapetali*.

50. *Thouinia*. Cal. 4-part. Cor. infera, 4-petala. Anth. ſeſſiles.

***** *Fl. inferi, pentapetali*.

26. *Diallum*. Cal. 0. Cor. 5-petal. Stam. ad latus ſuperius.

****** *Fl. ſuperi*.

48. *Morina*. Cal. floris 2-fid. cal. fructus dentato-ariſtatus. Sem. 1, ſub cal. floris.

28. *Circæa*. Cal. 2-phyll. ſuperus. Petal. 2, obcordata. Fruct. 2-locul. 2-ſperm.

49. *Globba*. Cal. ſuperus, 3-fid. Cor. æqual. 3-fida. Capſ. 3-locul. Sem. plurima.

51. *Aneiſtrum*, Cal. 4-ariſtatus, ariſtis terminatis glochidibus cruciatis. Cor. 4-fid. Stigm. penicillatum.
* *Valeriana cornucopiæ*.
Boerhaavia diandra; *ſcandens*: *erecta*.

DIGYNIA.

52. *Antho-xanthum*. Calyc. gluma 2-valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv. acuminata. Sem. 1. *Avenæ proximum eſt, ſed duobus tantum ſtaminibus a reliquis Graminum generibus differt.*

TRIGYNIA.

53. *Piper*. Cal. 0. Cor. 0. Bacca 1-ſperma.

MONOGYNIA.

19. NYCTANTHES. Cal. 8-10-12 fid. Cor. 8-fida, Peric. dicoccum.

1. *arbor triſtis*, N. caule 4-gono: fol. ovatis, acuminatis: pericarpiis membranaceis, compreſſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Moat. Zann. tab.* 15.
Mania-pumeran. *Hort. mal.* 1. *tab.* 21.
Scabrita ſcabra, *Lin. monente Vahl.*
In India. ♄.
Arbor grandis, denſis, & opacis frondibus late ſparſis, diametro unius brachii, Rami nodulosi, cortice ſpadiceo. Fol. oppoſita, breviter petiolata, craſſa, aſpera, e viridi fuſca, nitida, ſubtus dilutiora. Pedunc. ex ſingula ala ramoſi. Fl. in ſingulis pedicellis 5, albi, odore mellis. Fruct. rotundo-plani, virides, ſicci capſulares.

2. *ſambac*, N. fol. inferioribus cordatis, obtuſis; ſuperioribus ovatis, acutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Jaſminum &c. *Burm. Zeyl. tab.* 58. f. 2. *Till. pis. tab.* 31. *Clus. cur. tab.* 3.
Flos manoræ, *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 30.
In India. ♄.
Caul. fruticoſus. Fol. alterna, vel oppoſita, ſæpius terna, breviter petiolata. Fl. corymboſi. Petala alba, odora. *Var. fl. pleno*.

3. *undulata*, N. fol. ovatis, acuminatis, undulatis: ramis teretibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Tfieregam-mulla. *Hort. mal.* 6. *tab.* 55.
In Malabaria. ♄.
Caul. orgyalis: rami late ſparſi. Fol. oppoſita, e viridi-nitentia. Fl. terni-quinati. Petal. 6-7-8. albida, odora.

4. *hiſuta*. N. petiolis, pedunculiſque villoſis, *Syſt. veg. ed.* 14.
Kava-pon. *Hort. mal.* 4. *tab.* 48.
In India. ♄.
Arb. procera: ramuli atro-purp. Fol. decuſſatim oppoſita, petiolis rufis, obl-rotunda, acuminata, craſſa, nitida, ſupra atro-viridia, ſubtus ſubviridia. Pedunc. rufi. Fl. congeſti, candidi, odore Tuberoſæ. Fructus virides.

5. *anguſtifolia*. N. fol. lanceolatis, ovatiſq. obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Katu-pitſiequam mulla. *Hort. mal.* 6. *tab.* 53.
In Malabariæ arenoſis. ♄.
Surculi fuſceſcentes. Fol. obſcuro virore nitentia. Pet. 7-11. longa, acumin. cæteris ſpeciebus anguſtiora, candida, ore rufeſcente, odora.

6. *elongata*. N. fol. cordatis, lanceol. acutis, elongatis, minoribuſq. ramis teretibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Berg. Act. Angl. an. 1772, *tab.* 11.
In India Orientali. ♄.
Fol. infer. cordato-ovata, Fl. terminales, 5-6. ſubumbellati. Cal. minimus, lacin. ſubulatis, piloſis. Cor. tubus ſuperne incraſſatus.

7. *glauca*. N. glauca: caule tereti: fol. lanceol. acutis, trinerviis: pedunculis 3-fidis. *Syſt veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
Ad cap. b. Spei. ♄.
Frutex ramis oppoſitis. Fol. oppoſita, petiolata. Fl. Jaſmini Officin. maiores.

---

triflora. N. fol. alternis; ramulorum oppoſitis, ovatis: pedunculis terminalibus ternis: pedicellis 1-fl. *Burm. Ind. tab.* 2.
In Iava. ♄.
Caul. fruticoſus, teres, glaber, ramis oppoſitis, divergentibus. Fol. ſubpetiol. lanceol-ovata, integerrima, glabra, ſubtus fuſca. Cal. 6-fid. ſegmentis breviſſ. linearibus. Cor. longitudine pedicellorum.

multiflora. N. pedunc. terminalibus multifloris: fol. ovatis. *Burm. Ind. tab.* 3. f. 1.
In China, & Malabaria ♄.
Caul. erectus, fruticosus, ramosus, teres, pubescens. Fol. opposita, petiolata, integerrima, glabra. Fl. capitati.

acuminata. N. fol. lanceol-acuminatis: pedunc. bigeminis, 2-fl. *Burm. Ind. & Zeyl. tab.* 59.

20. JASMINUM. Cal. tubulosus, 5-dent. Cor. infundibuliformis. tubulosi, 5-fida. Antheræ intra tubum. Bacca dicocca. Sem. arillata.

1. *officinale*. J. fol. oppositis; foliolis distinctis. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 13. *Du Hamel.* 1, *tab.* 122. *Lob.* ic. 106.
In India; nunc Europæ planta indigena. ♄.
Caul. 6-pedal. infirmus. Fol. subseptena, ovato-argute lanceol.; impari ma. lanceol. Cor. alba, odora.

2. *grandiflorum*. J. fol. oppositis, pinnatis; foliolis extimis confluentibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Merian. Surin. tab.* 46.
In Malabaria ♄.
Simile priori, sed caul. rectus, nec scandens. Foliola cauli propiora, magis ovata, nec minora; extima 3. confluentia ex petiolo dilatato. Cor. ma. subtus rubra.

3. *azoricum*. J. fol. oppositis, ternatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Comm. hort.* 1. *tab.* 82.
J. sylv. *Burm. Zeyl. tab.* 58. f. 1.
J. album. ec. *Pluk. Alm. tab.* 393. f. 1. *phyt. tab.* 423. f. 6.
In India ♄.
Fol. longe petiol. obl-acuminata, obscuro virore nitentia, I. offic. productiora, & latiora. Fl. terminales longe pedunculati, albi, odore Lilii convallium.
Var. foliolo impari (maiore) cordato.

4. *fruticans*. J. fol. alternis, ternatis, simplic busq. ramis angulatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Hort. Angl. tab.* 6.
Trifolium fruticans. *Dod. pempt.*
In Oriente, & *Europa australi*. ♄.
Virgulæ 2 cubital. & ultra. Lineæ 2. elevatæ ad basin petiolorum decurrunt in caulem. Fol. impar maius. Cal. profunde 5-fidus. Cor. lutea.

5. *humile*. J. fol. alternis, acutiuſculis, ternatis, pinnatiſq. ramis angulatis *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. Hort.* 1. *tab.* 1. *Besl. eyſt. æſt. tab.* 40. f. 2.
Habitat . . . ♄.
Frutex humilis. Fol. lateralia ovata, impari duplo ma. ovato-acumin. Cal. vix 5-fidus. Cor. lutea.

6. *odoratiſſimum*. J. fol. alternis, obtuſis, ternatis, pinnatiſq. ramis teretibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Barr. ic.* 62.
In India ♄.
Frutex ramis rubicundis. Foliola ovata, vix acuminata, glabra. Fl. ſi vi, odori.

---

oblongum. J. fol. oppoſitis, ſimplicibus; pedunculis alternis, axillaribus, 1-fl. *Burm. Ind. tab.* 3. f. 2.
In Iava ♄.
Rami ſimpl. teretes. Fol. petiolata, ovalia cum acumine, integerrima, glabra. Fl. lutei, min. quam in *J. odoratiſſimo*.

21. LIGUSTRUM. Cor. infundibuliform. 4-fida. Bacca 4-ſperma.

1. *vulgare*. L. fol. lanceolatis, acutis; paniculæ pedicellis oppoſitis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Matth.*
a. fol. deciduis.
b. italicum, fol. ſempervirentibus.
Black 2. *tab.* 142.
In Europæ collibus ad ſepes ♄.
Arbuſcula 6-pedalis. Fol. breviter petiol. ovata, craſſa, nitida, ſaturè virentia. Racemi conici, Fl. albi, graveolentes. Bacca ovata, nigra, pulpoſa. *Var. fol. ternis; auratis; fructu albo.*

2. *latifolium*. L. fol. ovatis, acuminatis; panicula decompoſita, trichotoma. *Syſt. veg. ed.* 14.
Thumb. Jap. tab. 1.
In Japonia ♄.
Frutex ſeſquiorgyal. Rami oppoſiti, teretiuſculi, erecto-patentes, rugoſi, cinerei. Ramuli virgati. Fol. ſeſquipollicem longa, pollic. lata, oppoſita, petiolata, integerr. patenti-erecta, ſupra viridia, ſulco medio exarata, ſubtus pallida, nervo medio donata, glabra. Petioli unguiculares. Fl. terminales, paniculati. Bracteæ ſub ſingula dichotomia binæ. Cor. laciniæ ovatæ, reflexæ. Bacca magnitudine Piſi, ovata, glabra.

22. PHILLYREA. Cal. 4-dent. Cor. rotata, 4-fid. Bacca 1-ſperm.

1. *media*. P. fol. ovato-lanc. ſubintegerrimis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Matth.* P. III. *Cluſ. hiſt.* 52.
In Europæ collibus auſtralibus ♄.

2. *anguſtifolia*. P. fol. lineari-lanceol. integerrimis. *Syſt. veg. ed.* 14. P. IV., & V. *Cluſ. hiſt.*
In Italia, & Hiſpania ♄.
Var. fol. linearibus.

3. *latifolia*. P. fol. ovato-cordatis, ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Cluſ. hiſt.* 51.
In Europa auſtrali ♄.

23. OLEA. Cor. 4-fida, tubo brevi, lacin. ſubovatis. Drupa 1-ſperma. Stylus 2-fid.

1. *europæa*. O. fol. lanceolatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 199.
Olivo *Matth.*
b. *Sylveſtris*. *Black. tab.* 213.
In Europa Auſtrali ♄.
Arb. ſempervirens. Fol. oppoſita, integerr. ſupra viridia, ſubtus albida. Fl. ſubalbidi.

2. *capenſis*. O. fol. ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Liguſtrum &c. *Dill. Elth. tab.* 170. f. 194.
Ad cap. b. Spei ♄.
Arbuſcula parum ramoſa, cortice ex fuſco-nigricante, ſubhirſuto, punctis cinereis variegato. Fol. oppoſita, petiolata, 2-pollicar. craſſa, ſubtus pallidiora. Cymæ trichotomæ. Cor. alba, odore Liguſtri.

3. *americana*. O. fol. lanceolato-ellipticis.
Syſt. veg. ed. 14. *Cateſ.* 1. *tab.* 61.
In Carolina ♄.
Arb. 16-pedal. Fol. oppoſita, petiolata, integerr. nitida, ſature viridia, ſempervirentia. Racemi axill. breves, brachiati, pedicellis oppoſitis. Cor. alba, laciniis revolutis. Drupa ſpecioſa, globoſa, lævis, violacea. Nux obovata, ſubſtriata, baſi perforata.

4. *fragrans*. O. fol. lanceol. ſerratis: pedunculis lateralibus aggregatis, 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 2.
Mokſei *Kæmp. am. faſc.* V. p. 844.
In Japonia ♄.
Arb. vaſta. Rami, & ramuli trichotomi, obſolete 4-goni, glabri. Fol. digitalia, decuſſata,

petiolata, margine ſubreflexo, paralello-nervoſa, reticulata, glabra, ſupra ſature viridia, ſubtus pallidiora; in ramulis frequentia. Petioli ſemiunguicul. Fl. in ramulis umbellato-aggregati, 6-8. pedunculati. Cor. flavo-alba.

24. CHIONANTHUS. Cor. 4-fida, lacin. longiſſimis. Drupa nucleus ſtriatus.

1. *virginica*. C. pedunc. 3-fidis, 3-fl.
Syſt. veg. ed. 14.
Amelanchier &c. *Cateſ.* 1. *tab.* 68.
In America ſeptentrionali ♄.
Frutex 6-10. pedal. Fol. Limonio ſimilia, dilute viridia. Fl. racemoſi, pedunculati. Cor. alba. Drupa purpuraſcens. *Var. cor.* 4-5-6. *fida*, & *ſtaminibus* 24.

2. *zeylanica*. C. pedunc. paniculatis, multifloris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Arbuſcula &c. *Pluk. alm. tab.* 241. f. 4.
In Zeylona ♄.
Arb. fol. oppoſitis, ſubpetiol. obverſe ovatis, integerrimis, glabris. Panicula axillar. pedunculis ſubdiviſis. Fl. albi.
Ad hoc genus ſpectat Mayapea guianenſis. Aubl. Guian. tab. 31.

25. SYRINGA. C. infundibulif. 4-fid. Capſ. 2-valv. 2-locul. 2-ſperma.

1. *vulgaris*. S. fol. ovato-cordatis, integris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Knorr. del. kort. 2. *tab.* S. 11.
Lilac. *Duham. arb.* 2. *tab.* 138.
In Perſia, & collibus Italicis &c. ♄.
Arb. 10-ped. Fol. oppoſita, longe petiolat. læte virent. nitida, glabra. Fl. thyrſoidei. Cor. alba, purpuro-cœrul. vel ſature purpur.

2. *perſica*. S. fol. lanceolatis, integris. *Syſt. veg. ed.* 14.
23. *ſpathaceus*. G. caule ramoſo: fl. ſpicato-imbricat. ſpathis membranaceis, ariſtatis: fol. plicatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

24. *latifolius*. G. caule ramoſo. fol. infimo filifor. ſetaceo: cor. ringente. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

---

permeabilis. G. caule ramoſo: fol. ſubulato-quadrangulis: fl. imbricat. ſecundis. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 2.
Ad cap. b. Spei.
Bulbus ſphæricus. Scapus ſeſquiped. diviſus. Rami nudi florigeri. Fol. caulina vaginant. patentia, ſumma brevia, ſpathæform. Fl. terminal. ſpicis ſecundis, imbricatis. Cor. laciniæ trapeziform. plicatæ, fimbriatæ, fauce inflata, permeabili. Color dilutiſſ. violac. ex purpura, luteoq. variegatus. Spathæ perſiſtentes. *Ludit num. ſtam. a* 3-6.

involutus. G. caule ramoſo: fol. linearibus: ſpicis diſtichis. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 3. *Mill. ic. tab.* 236. f. 1.
Ad cap. b. Spei.
Bulbus compreſſus. Scap. ſeſquipedal. erectus, articulat. diviſus. Fol. caulina vaginant. patentia. Fl. roſei, ſed laciniæ lateral. lab. inferior. purpur. Cor. laciniarum extrema revoluta. *Ludit in fructificationis partium numero.*

carneus. G. caule ſimpliciſſ.: petal. ſuperior. divergentib. fol. enſiformibus. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 4.
Ad cap. b. Spei.

Scap. pedal. ſimpl. rectus, articulat. Fol. radical. pauca, vaginant. acumin. nervoſa, caule breviora: caulina brevia, acumin. vaginant. Fl. laxe ſpicati, diſtichi, carnei.

71. ANTHOLYZA. Cor. tubuloſa, irregul. recurvata. Capſ. infera.

1. *ringens*. A. cor. labiis divaricatis, fauce compreſſa. *Syſt. veg. ed.* 14

Gladioſo &c. *Comm. hort.* 1. *tab.* 41. *Rudb. elyſ.* 2. f. 15.

Gladiolus &c. *Breyn. ic. tab.* 8. f. 1.

In Æthiopia ♃.

Caul. ſeſquiſpithan. hirſutus, purpur. Fol. radical. 6-7. bipalmar. ſemiunc. lata, breviter petiolat. erecta, ſulcata. Pedunc. hirſuti. Cor. extus primum ex viridi-flava, dein pallide rubens; intus ſanguinea.

2. *plicata*. A. fol. plicatis: caule ramoſo, hirſuto; cor. ringente, ſtaminibus breviore. *Syſt. veg. ed.* 14.

Ad cap. b. Spei.

Differt a priore habitu, & præcipue quod organa generationis non adeo elongata, ut in illa.

3. *Cunonia*. A. cor. ſubpapilionaceis; labii lobis duobus externis latioribus, adſcendentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Mill. ic.* 113. *Buttn. cun. tab.* 1.

In Perſia ♃.

Radix undique emittit fibras filiform. apice bulbiferas. Caul. pedal. ſpica longa, diſticha. Cor. ſæpe papilion. monopet. coccinea. Vexil. inter alas, cochleariforme, alis longius. Alæ 2. pares, laterales, ovatæ, adſcendentes. Car. minima, rudis, viridis, 3-fida, gibba, complicata inſtar nectarii ſub cor.

4. *Æthiopica*. A. cor. incurvatis; labii 5-part. lobis 2. alternis, patulis, maioribus lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gladiolus &c. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 4. *tab.* 23. f. 1. *Rudb. elyſ.* 2. f. 14.

Hyacinthus &c. *Pluk. phyt.* 195. f. 2.

In Æthiopia ♃.

Bulbus guſtui acerrimus. Thyrſus ex nigro-purpuraſc. Cor. tubuloſa, coccinea; lab. ſuper. maximo, lanceol.

Hæc cum priore Gladiolis valde adfinis.

5. *Meriana*. A. cor. infundibul. fol. enſiformibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Watſonia *Mill. ic. tab.* 276.
Meriana. *Trew. ehret. tab.* 40.
Ad cap. b. Spei ♃.
Cor. Polyanthis, ſupera, æſtivatione Gladioli, fere regularis, dependens, rubra.

6. *Merianella*. A. cor. infundibulifor.: fol. linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Watſonia &c. *Mill. ic. tab.* 297. f. 2.
Habitat. . . . .
Radix bulboſa. Culmus ſeſquiped. teres, lævis. Fol. alterna, 3-4. vaginant. ſtriata, pubeſcentia, præter vaginas, brevia. Fl. 3. alterni, ſeſſiles, ſecundi. Glumæ lanceol. 2-valv. Cor. tubus incurvus, purpuraſc. limbo longior. Limb. 6-part. æqual. laciniis ovat. acutiuſc. flavis. Stam. adſcendent. longitudine cor. Anth. linear. adſcendent. Stylus filiform. Stigm. 3. filiform.
Meriana differt facie, ſed limites a Gladiolis, & Ixiis ſeparantes non ſoccurrunt. Fl. in hac pallide rubri, in priore ruberrimi.

7. *Lucidor*. A. fol. radicalibus; baſi filiformi, apice dilatato-fubulatis, ſulcatis: caul. ſimpl. foliofo ſpicato. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Radix bulboſa. Fol. baſi quaſi in longum petiolum anguſtata. Caul. ſeſquiped. teres. Fl. alterni, ſeſſiles, elongati, parum incurvati, ſuperne purpur. laciniis 6. inæqualibus. Spathæ 3-valv.

72. IRIS. Cor. 6-part. laciniis alternis, reflexis. Tubæ apex trifid. abit in 3. lacinias petaliform. tegentes ſtam. Capſ. 3-locul. polyſperma.
* *Barbatæ* (quarum petala patentia pilis iſtruuntur.)
a. fol. enſiformibus.

1. *ciliata*. I. barbata, fol. enſiformibus ciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Folia undulata.

2. *minuta*. I. barbata, fol. enſiformibus, glabris; ſcapo 1-fl. petal. oblong. acutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

3. *pumila*. I. barbata, fol. enſiformibus, glabris: ſcapo 1-fl. petal. oblong. obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 1. *tab.* 1.

b. I. anguſtifol. maritima, min. *Bauh. pin.*
c. Chamæiris fl. *luteo*, & pallide luteo. *Bauh. pin.*
d. Chamæiris ſaxatilis &c. *Bauh. pin.*
In Auſtriæ, Pannoniæ collibus apricis ♃.
Radix extus fuſceſc. intus alba. Caul. plerumq. breviſſ. interdum fol. longior evadit. Fol. nunc fl. breviora, nunc longiora, acuta. Petala cœrul. purpur. per ætatem rubentia, alba, pallida, flaveſcent. variegata. Barba extus cœrul. intus alba, apicibus luteis.

4. *ſuſiana.* I. barbata, fol. enſiformibus glabris: ſcapo 1-fl. petal. rotundatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* L. 6. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 4. *tab.* 6. f. 6.
In Oriente ♃.
Caul. teres. Fol. lata. Flos omnium ſpecierum maximus, cum venis obſcuris in campo cinereo diſcurrentibus. Petala 3. interiora ma. reflexa. Germ. 3-gono-teretiuſc.

5. *florentina.* I. barbata, fol. enſiformibus, glabris, breviorib. ſcapo ſub 2-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* L. 7. *Black. tab.* 414.
In Europa auſtrali ♃.
Simil. I. Germanicæ, ſed radix candidior, & odoratior. Fol. glauciora. Cor. alba, petal. integris; inferioribus marginum baſi reflexis; ſuperioribus magis erectis. Stigm. magis erecta, & parum ſerrata.

6. *biflora.* I. barbata, fol. enſiformibus, glabris, breviorib. ſcapo ſub 3-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Beſl. eyſt. verna.* 114.
In Luſitaniæ rupibus, & Sibiria ♃.
Caul. teres. Fol. extrorſum ſubfalcata. Germ. teres, exaratum 3. ſtriis. Cor. violac. non emarginata. Petala erecta, barba alba, adiectis ſtriis albis, ramoſis. *Floret bis quotannis.*

7. *aphylla.* I. barbata, fol. enſiformibus, glabris, æquantibus: ſcapo multifloro, ſubnudo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Habitat. . . . .
Cor. lutea, variegata.

8. *variegata.* I. barbata, fol. enſiformibus, glabris, æquantibus: ſcapo multifl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr. tab.* 5. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* L. 2. *Ehret. pict. tab.* 10. f. 3.
In Hungaria ♃.
Radix foris fuſca, aut flaveſc. intus albida. Caul.

ſubflexuoſus, ſubcompreſſus. Fol. pallide virentia. Petala lutea, ſubodora; in reflexis venæ atro-purpur. Barba lutea.

9. *germanica*. I. barbata; fol. enſiformibus, glabris, falcatis, brevioribus: ſcapo multifl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 69. *Ludw. ect. tab.* 112.

In Germaniæ, Etruriæ, Helvetiæ &c. muris vetuſtis ♃.

Radix grandis, cylindrica. Caul. cubital. paucifl. Fol. pedal. diſticha, plana. Spathæ albæ. Fl. magni, odori. Petala-extus ex livido col. in cinereum; intus violac. cum venis albis: infer. plana; interiora integerr.

10. *ſambucina*. I. barbata, fol. enſiformibus, glabris, erectis, brevioribus: ſcapo multifloro, petal. deflexis, planis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 2.

In Europa auſtrali ♃.

Simil. I. Germanicæ, ſed deflexa petala ſaturatius violac. plana, ſed ſubemargin. Erecta pallide, ſaturatius tamen, cœrul. & emarginata. Stigm. ferrata, acutiuſc. carina cœruleſc.

11. *ſqualleus*. I. barbata: fol. enſiformibus, glabris, erectis, brevioribus: ſcapo erecto, multifl. petal. deflexis, replicatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Europa auſtrali ♃.

Simil. I. Germanicæ, ſed petala deflexa, in medio replicata, ſaturatius violacea, venis albis flaveſcent., & in medio cœruleſcentib. Erecta petala, uti & ſtigmata ſquallide flava, valde emarginata.

12. *compreſſa*. I. barbata; fol. enſiformibus, glabris: ſcapo paniculato, compreſſo. *Syſt. veg. ed.* 14.

Ad cap. b. Spei.

13. *dichotoma*. I. barbata; fol. enſiformibus, glabris: caul. paniculato, teretì. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pall. it.* 3. *tab.* A. f. 2.

In Dauuria ♃.

Fol. radical. alterne vaginantia, diſticha. Caul. e vagina fol. ſemiuln. & ultra, vix compreſſus, ſubflexuoſ., quandoq. dichotomus, foliolo uno, alterove axillari. Fl. ex ſpatha 2-phylla, 2-3-raro 4 omnium conſpecierum minimi, dilute purpuraſc. Pet. exter. paulo ma: villis vix conſpicuis barbata, violac. albo-punctata: interiora erecta, ſaturatiora, extrema latiuſcula, biloba.

b. fol. linearibus.

14. *tripetala*. I. barbata; fol. linearı: ſcapo 1. fl. petal. alternis, ſubulatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Caul. glaberrimus. Fol. radicale, unicum, canaliculatum.

15. *trioufpis*. I. barbata; fol. lineari, longiore ſcapo ſub-2-fl. petalis alternis, 3-fid. *Syſt. veg. ed.* 14.

16. *plumaria*. I. barbata; fol. linearibus: ſcapo multifl. ſtigmatibus ſetaceo-multifidis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Morœa *Iriopetala*. *Lin. ſuppl.*
M. *iuncea Syſt. ed.* 13.
Ad cap. b. Spei ♃.
Bulbus ſquamis latere connexis, baſi diſtinctis, dentibus 10. compreſſis, toridemq. alternis brevioribus. Culmus ramis 3-4. Glumæ 2-valv. 2-fl. Fl. albidi.
M. *vegeta Syſt. ed.* 13. *ubi citatur Mill. ic. tab.* 238. f. 2. 11. Bulb. ſquamis baſi connexis, 2-fid. depreſſis, non compreſſis. Gluma 2-valv. 2-fl. Fl. pl. quam duo, cœrul.

** *Imberbes*.

a. *foliis enſiformibus*.

17. *Xiphium*. I. imberbis; fol. enſiformibus, canaliculato-ſubulatis, brevioribus: ſcapo ſub 2. fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* L. 9.
In Hiſpania, & Sibiria ♃.
Radix bulboſa. Fol. lata, margine connivente. Cor. plerumq. cœruleo-violac.

18. *pſeudo-acorus*. I. imberbis; fol. enſiformibus: petalis alternis, ſtigmate minoribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 494. *Knor. del. hort.* 1. *tab.* L. 8. *Ludw. ect. tab.* 101.
Acorus adulterinus. *Black. tab.* 261.
In Europæ ad ripas foſſarum &c. ♃.
Caul. 4-ped. alterne reflexus, folioſus. Fol. longiora, & anguſtiora I. *Germanica*. Spatha 3-fl. Cor. lutea, cum lineis nigris. Pet. exter. utrimq. ad filamenta dentem exſerunt. Germ. 3-gonum, angulis ſulco 2-fid.

19. *fœtida*. I. imberbis; fol. enſiformibus: ſcapo uniangulato. *Syſt. veg. ed.* 14.
Spatula &c. *Black. tab.* 188.
In Europæ ♃.
Caul. teres, hinc angulatus, longitud. fol. obtectus

foliis fœtidiſſ. Cor. cœruleſcenti-triſtis, ingratiſſ. col. nec noctu odora. Pet. exter. ungue ſubtus plicis rugoſo: interiora ſtigmate maiora, patentia. Germ. 3-gonum, angulis ſulco 2-fid.

20. *virginica*. I. imberbis; fol. enſiformibus: ſcapo ancipiti. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia ♃.
Radix reptans. Fol. anguſta. Cor. ex pallido-cœrul. & nigro variegata.

21. *verſicolor*. I. imberb. fol. enſiformibus: ſcapo tereti, flexuoſo: germinibus ſubtrigonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dill. Elth. tab.* 155. f. 187. *Ehret. pict. tab.* 6. f. 2.
In Virginia, Marilandia &c. ♃.
Fol. ad alterum latus inclinantia. Scap. fol. non altior, 2-3 fl. Cor. variegata. Pet. inter. longitudine ſtigmatum. Stigm. linearia.

22. *ochroleuca*. I. imberb. fol. enſiformibus: ſcapo ſubtereti: germinibus hexagonis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Oriente ♃.
Adfinis I. ſpuriæ, facie tamen diſſimilis; at cor. non cœrulea; fol. magis ſtriata; floreſcentia ſerior.
Caul. pedal. fere teres, ut vix manifeſte compreſſus. Fol. alterna, 5-6, erecta, ſtriata venis eminentibus, I. *Germanicæ* dimidio anguſtiora. Spathæ 4-fl. lanceol. acumin. Germ. oblong. profunde 6-angul. angulis obtuſis. Pet. reflexa, baſi dilatata, venis obſcurioribus, limbo flavo, marginibus albis. Pet. erecta, longitudine exteriorum, nivea, baſi venis flaveſcentibus. Stigm. nivea ſupra anth. ochroleucas.

23. *ſpathacea*. I. imberb. fol. enſiformibus, rigidis: ſcap. tereti, 2-fl. ſpathis longiſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride.*
Ad cap. b. Spei ♃.

24. *ramoſa*. I. imberb. fol. enſiformibus: caul. paniculato, multifl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride.*
Ad cap. b. Spei ♃.
b. fol. linearibus.

25. *Siſyrinchium*. I. imberb. fol. linearibus, undulatis, reflexis: ſcapo 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Clus. hiſt.* 1. p. 216.
In Hiſpania, Luſitania ♃.

Scap. ſpitham. multifl. Pet. purpur. macula lutea loco barbæ. Bulbus ex gemino bulbo, altero alteri impoſito, ut in Gladiolo, Croco.

26. *verna*. I. imberb. fol. linearibus, planis: ſcap. 1-fl: petal. alternis, æquantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. Alm. tab.* 196. f. 6.

In Virginia ♃.

Radix reptans. Cor. ex violac. & aureo variegata, vel alba, odora.

27. *perſica*. I. imberb. fol. linearibus, planis: ſcap. 1-fl. petal. alternis brevioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rudb. elys.* 2. f. 9. *Dodart. mem.* 83. *fig. bona*.

In Perſia ♃.

Bulbus exſerit gemmam e duobus paribus ſquamarum, intra quæ fol. & flos unicus ſpatha ſimplici. Scap. parvus, carnoſus, inferne albus, ſuperne dilute cœrul. Fol. plerumq. utrimque 3. ſubulato-canaliculata, caule longiora.

28. *anguſta*. I. imberb. fol. filiformi-linearibus, erecto, glabro: ſcap. glabro, ſub 1-fl. ſpathis obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride*.

29. *ſetacea*. I. imberb. fol. filiformi-linearibus, erecto, glabro: ſcap. glabro 1-fl. ſpathis acutis, membranaceis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride tab.* 1. *Ad. cap. b. Spei*.

30. *tenuifolia*. I. imberb. fol. filiformi-linearibus: ſcap. 2-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride*. *Pall. it.* 3. *tab.* E. f. 2.

In Dauuria ♃.

Fol. ſubſolitar. ſcap. multo longiora, craſſiuſc. utrimque convexa, ſtriata. Scap. breviſſ. foliolo enſifor. vaginante. Cor. pallide cœrul. odore caryophylli. Petal. longa, anguſta.

31. *graminea*. I. imberb. fol. linearibus: ſcap. ſub 2-fl. ancipiti: germinibus hexagonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 1. *tab.* 2.

In Auſtria, & Italia ad rad. montium ♃.

Radix extus nigra, intus alba, Caul. fol. duplo brevior, compreſſiſſ. bifol. ante antheſin procumbens. Folia quandoq. latiora. Petala odore Pruni: in reflexis inferior pars purpur: exterior albida, venis cœruleis; in erectis color violaceus.

32. *ſpuria*. I. imberb. fol. linearibus: ſcap. ſub 2-fl. tereti: germinibus

germinibus hexagonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 734. *Jacq. Auſtr.* 1. *tab.* 4.
In Germaniæ, Sibiriæ pratis ♃.
Radix nigricans. Caul. 2-3. pedal. Fol. fœtida. Fl. inodori. Cor. ex purpuro-cœrul.

33. *ſibirica*. I. imberb. fol. linearibus: ſcap. ſub 2-fl. tereti: germinibus trigonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 1. *tab.* 3.
In Helvetia, Germania &c. ♃.
Radix ceſpitoſa. Caul. 3-ped. fol. altior. Spathæ aridæ, ut in I. verſicolore. Petala ex purpuro-cœrul. ſuaveolentia. In reflexis ungues fuſceſcunt, tranſverſim albeſcunt, parte ſuper. cyanaea: petala inter. erecta. Germ. non ſulcatum.

34. *flexuoſa*. I. imberb. fol. linearibus flexuoſis: caul. 3-fl. tereti, craſſo: germinibus 3-gonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Murray Comm. Gott.* 1776. *tab.* 4.
Similis priori. Cor. alba.

35. *martinicenſis*. I. imberb: fol. linearibus: petal. baſi foveolis glanduloſis: germinibus trigonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Am.* 7. *tab.* 7. *ed.* 2. *picta tab.* 10. Xiphion &c. *Plum.* ic. *tab.* 261. f. 1.
In Martinica ♃.
Caul. 2-pedal. ſimpl. vel bifariam diviſus. Fol. parva, diſticha. Fl. pauci, pedunc. flavi, inodori, a congeneribus in multis ſtructura diverſi.

36. *pavonia*. I. imberb. fol. lineari glabro: ſcap. ſub. 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride tab.* 1.
Ad cap. b. Spei.
Caul. ſubtoment. Cor. aurantiaca, macula baſeos cœrul.

37. *criſpa*. I. imberb. fol. linearibus, criſpis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride tab.* 1.
Ad cap. b. Spei.
Planta glabra.

38. *papilionacea*. I. imberb. fol. linearibus, reflexis, hirtis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride tab.* 2.
Ad cap. b. Spei.
Planta parva.

39. *edulis*. I. imberb. fol. lineari, pendulo; glabro, multifl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride*.
Ad cap. b. Spei.

Folium radicale ſcap. vaginans, longiſſimum. *Bulbus edulis Hottentotis.*

40. *triſtis*, I. imberb: fol. linearibus, glabris: ſcapo hirto, ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride.*
Ad cap. b. Spei.

41. *polyſtachia*. I. imberb. fol. linearibus, planis: ſcap. glabro, ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Iride.*
Ad cap. b. Spei.

42. *viſcaria*. I. imberb. fol. linearibus, planis: ſcapo viſcoſo. *Syſt. veg. ed. Thumb. diſſ. de Iride.*
Ad cap. b. Spei.
Caul. ramoſus, bituminoſe olidus.

43. *bituminoſa*. I. imberb. fol. linearibus, ſpiralibus: ſcap. viſcoſo. *Syſt. veg. ed.*14. *Thumb. diſſ. de Iride tab.* 2.
Ad cap. b. Spei.
Ramoſa, bituminoſa, ut in priore. c. *fol. tetragonis.*

44. *tuberoſa*. I. imberb: fol. tetragonis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Meris. hiſt.* 3. f 4. *tab.* 5. f. 1.
In Arabia, & Oriente ♃.
Radix tuberoſa. Fol. canaliculata. Cor. obſcure purpur. & nigra.

---

ventricoſa. I. *Pall. it.* 3. *tab.* B. f. 1.
In Dauuria ♃.
Fol. pauca, caule longiora, anguſtiſſ. lineari-enſiform. Caul. dodrant. folio vaginante, latiuſc. lanceol-enſiformi. Spatha ventricoſa, 2-fl. Fl. tubo elong. elevati. Petal. imberb. oblongo-linear. pallide cœrul.

halophyla. I. *Pall. it.* 3. *tab.* B. f. 2.
In Dauuria ♃.
Differt a priore ſtatura proceriore: caul. foliosi: ſpatha minus ventricoſa: petal. latioribus, extimis apice dilatatis: ſtigmatis laciniis brevibus, latiuſcul. obtuſis.
Fol. Pſeudo-Acori, glauceſcent. Scapi ſæpe ſeſquiped. foliis longiores, folioſi, 3-fl. Spathæ magnæ, inflatæ, margine membranaceo. Fl. minimi. Petala imberbia, pallida.

flaviſſima. I. *Pall. it.* 3. *Gmel. Sibir. tab.* 5. f. 2.
In Dauuria ♃.
Adfinis I. pumilæ: differt fol. anguſtioribus: ſcap.

proceriore, tenuiore, longius inter 2. fol. exſerto. Petala intenſe flava, venis fuſcescentibus ſtriata; exter. barba flaviſſima.

73. MORÆA. Cor. hexapet. Petala 3. interiora patentia: reliqua Ireos.

1. *polyanthos*. M. caul. ramoſiſſ. fol. ſubulatis, glabris: petalis alternis minoribus: ſtigmatibus bifidis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.

2. *ſpathacea*. M. ſcap. tereti: fol. teretibus, dependentibus, longis: fl. aggregatis, capitatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Fol. & caul. omnium tenaciſſimi, filiform. glaberrimi. Spatha 2-phyll. cum capitulo fl. ſpathis minoribus ſubulatis obvallato. Cor. lutea. Stigm. 3.

3. *lugens*. M. caul. ancipiti, 1-2-fl. fol. enſiformibus, infimis ſubfalcatis; fl. terminalibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Petala alterna; 3. exter. alba; 3. interiora nigra, min. Stig. multipart.

4. *ſpiralis*. M. caul. compreſſo, articulato, multifl. fol. enſiformibus, erectis: fl. axillaribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Cor. æqualis, extus albo-vireſc. intus alba, per noctem ſpiralit. convolvitur. Stig. ſimpl. villoſum.

5. *chinenſis*. M. caul. compreſſo: fol. enſiformibus: panicula dichotoma, fl. pedunculat. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ixia Chinenſis. *Syſt. veg. ed.* 13. *Trew. ehret. tab.* 52. *Act. Petrop.* 6. *tab.* 7. *Rheed. Mal.* 11. *tab.* 37.
In India ♃.
Caul. 2-pedal. Fl. crocei, maculati.

6. *aphylla*. M. ſcap. compreſſo, nudo, glaberrimo: ſpatha longiſſ. ſubulata: fl. capitatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Omnino aphylla. Fl. ut in Junco laterales. Cor. flava. Stigm. 3.

7. *gladiata*. M. ſcap. compreſſo: ſpatharum ſquamis muticis; ſtylis 3. *Syſt. veg. ed.* 14.

Ixia gladiata. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Scap. longus, anceps, lævis. Fol. anguſto-enſiformia. longiſſ. lævia, ſubtiliter ſtriata. Spicæ terminal. ſæpe 3. imbricatæ, glumis amplectentibus, obtuſiuſc. muticis. Bractea enſiform. ſpicis non longior. Cor. lutea, petal. exterior. extus rubris.

8. *filiformis*. M. ſcapo, foliiſque filiformibus: fl. terminalibus, ſolitariis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Fl. cum ſpathis referunt fl. Dianthi. Cor. lutea. Stimg. 3.

9. *flexuoſa*. M. caul. tereti, articulato, ramoſo: fol. planis, laxis, revolutis: ſpica flexuoſa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ixia longifolia. *Jacq. hort.* 3. *tab.* 90.
Ad cap. b. Spei.
Caules ſub 2-pedal. flexuoſo-erecti, raro in horto ramoſi. Fol. longiſſ. vaginant. Petala obl-acuta, pallide flaveſcen. Capſ. oblon-acumin. fuſceſcens.

10. *africana*. M. fl. capitatis: ſpathis laceris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ixia afric. *Syſt. veg. ed.* 13. *Burm. Afric. tab.* 70. f. 2.
Ad cap. b. Spei.
Caul. ſpitham. purpureus. Fol. radical. graminea, nervoſa. Pedunc. axill. Spatha ex ſquamis hirtis. Fl. pl. parvi cœrul.

11. *iridioides*. M. fol. gladiatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Giſeck. ic. faſc.* 1. *tab.* 3. *Mill. ic. tab.* 239. f. 1.
Iris &c. *Till. piſ. tab.* 33.
In Oriente, Conſtantinopoli 4.
Caul. ſpitham. erectiuſc. longitudine fol. Fol. diſticha. Fl. ex alis ſupremis fol. 3. Spatha propria 2-valv. Germ. pedicellat. ſub 3-gon. ſtriata. Cor. hexapetala. Petal. 3. exter. obovata, oblonga, patula, barbata, patentia, macula lutea in medio. Petala 3. interiora alba, immaculata, facie exteriorum, patentia. Styl. brevis, craſſus. Stigm. 3. petaloidea, min. patentia, cœruleſc. 2-fida, ut in Iride. Stam. 3. albida ſub ſtigmate. Capſ. exſerta, truncata.
Differt ab Iride cor. tota patente; modo hæc ſufficiant.

12. *fugax*. M. fol. gramineis, tandem convolutis: ſtigm. petaloideo: petal. imberbibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort.* 3. *tab.* 20.
Bulbus ſubrotund. Caul. unc-pedal. gracilis, ex latere bulbi aphylli. Fol. 2. ſublinear. plana, ſupra nitida, ſubtus tenuiter ſtriata, acuta, involuta, unum altero maius. Spathæ amplexantes, membranaceæ. Fl. pl. ſuaveolentes, Petala patentiſſ. acutiuſcula, ex carneo-purpur. Capſ. oblong.

74. DILATRIS. Cal. o. Cor. 6-pet. hirſuta. Filamentum tertium reliquis minus. Stigma ſimpl.

1. *umbellata*. D. petalis ovat. corymbo faſtigiato, hirſuto. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Wachendorfia umbellata. *Syſt. ed.* 13.
Dilatris *Fl. Cap.* 1. *tab.* 3. f. 5.
In campis arenoſis cap. b. Spei ♃.
Planta tota cana, villoſiſſ. exceptis fl. interne. Radix fibroſa. Fol. radicalia, cyperina, erecta, lævia, ſtricta: caulina 1-2. lanceol. brevia. Umbel. faſtigiata, regularis. Involuc. univerſale hexaphyll. lanceol. breve. Radii peduncul. ſub 6. bipartiti; brachio utroq. racemoſo; fl. alternis, adſcendentibus, pedicellatis. Cor. intus ſubglabra, atro-purpur. petalis ovalibus connexa. Tubus nullus. Fruct. inferus.

2. *viſcoſa*. D. petal. linearibus: corymbo faſtigiato, villoſo, viſcoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.

3. *paniculata*. D. petal. lanceol. panicula oblong. villoſa, viſcoſa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Fl. purpureo-flaveſcent.

75. WACHENDORFIA. Cor. 6-petala, inæqualis, infera. Capſ. trilocul. ſupera.

1. *thyrſiflora*. W. ſcapo ſimplici. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. monogr.* 2. f. 2. *Nov. act. N. C.* 1. *tab.* 2. f. 1.
Ad cap. b. Spei ♃.
Radix tuberoſa, phœnicea. Fol. maiora 2-pedal. 3. digitos lata, 5-nervia, flabelli inſtar plicata, lanceol. læte virentia. Scap. 4-pedal. cum fol. vaginantibus, ſuperne piloſus cum maculis rubris. Thyrſus pedal. Fl. extus crocei, intus lutei. Capſ ſubovata, triquetra, hirſuta.

2. *paniculata*. W. ſcapo polyſtachio. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm.*

monogr. 4. f. 1. *Nov. act. N. C.* 1. *tab.* 2. f. 10.

Aſphodelus &c. *Breyn. prodr.* 3. *tab.* 9. f. 1.

Ad cap. b. Spei ♃.

Fol. vaginantia, enſiformia, trinervia. Scap. nodoſus. Fl. quini in ſingulo pedunc. colore, ut in priore.

3. *graminifolia.* W. caul. polyſtachio, hirſuto: fol. enſiformibus, canaliculatis, glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

Rariſſima inter Liliaceas capenſes.

76. COMMELINA. Cor. 6-pet. Nectaria 3. cruciata, filamentis propriis inſerta.

* *Dipetalæ, ob* 2. *petala maiora.*

1. *communis.* C. cor. inæqualibus: fol. ovat-lanceol. acutis: caul. repente, glabro. *Syſt. veg. ed.* 14.

C. procumbens &c. *Dill. Elth. tab.* 78. f. 89.

In America ☉.

Caul. ramoſus. Fol. vaginantia, margine imberbi. Pedunc. bini eadem ſpatha vaginati; alter 1-fl. longior, alter ſub 4-fl. Cor. cœrul.

Conſer plantam Kæmpk. Jap. tab. 899. *cum tinctura inde paranda.*

2. *africana.* C. cor. inæqualibus: fol. lanceol. glabris: caul. decumbente. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Æthiopia.

Caul. 2-fid. Fol. 2-pollic. baſi vaginant. Pedunc. axill. plerumq. 2-fl. Petala lutea.

3. *benghalenſis.* C. cor. inæqualibus: fol. ovat. obtuſis: caule repente. *Syſt. veg. ed.* 14. *Murr. Comm. gott.* 1779. *tab.* 5.

C. cucullata. *Syſt. veg. ed.* 13.

Ephemerum &c. *Pluk. alm. tab.* 27. f. 3.

In Benghala.

Caul. pedal. articulati, hirſuti. Fol. horizontalia, petiolata, pubeſcenti-undulata. Petala 2. interiora ſature cœrul. reliqua pallidiora. *Variat fl. flavo.*

4. *erecta.* C. cor. inæqualibus: fol. ovat-lanceol: caul. erecto, ſubhirſuto, ſimpliciſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dill. Elth. tab.* 88.

In Virginia ♃.

Caul. ſeſquiped. Petioli vaginant. ſcabri. Cor. pallide cœrul.

** *Tripetalæ: Zanoniæ, Pl. petalis 3. ma:*

5. *virginica*. C. cor. ſubæqualibus: fol. lanceol. ſubpetiol. ore barbatis: caulibus erectis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ephemerum &c. *Pluk. alm. tab.* 174. f. 4.
In Virginia ♃.
Caul. 2-pedal. ſimpl. læves. Fol. ſupra retrorſum ſcabra, vaginis nervoſis, ſubpubeſcent. pilis ferrugineis. Spathæ terminal. ſubcordatæ. Cor. cœrul. Petal. cordata, integerr. inferiore brevius pedicellato.

6. *tuberoſa*. C. cor. æqualibus: fol. ſeſſilibus, ovato-lanc. ſubciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dill. Elth. tab.* 79. f. 90.
In Mexico ♃.
Radix tuberoſa. Caul. debilis, dichotomus, in aquoſo ſolo repens. Fol. plana, viſcidula. Cor. pallide cœrul.

7. *Zanonia*. C. cor. æqualibus: fol. lanceol. vaginis tumidis, margine hirſutis: pedunc. incraſſatis: bracteis geminis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Periclymenum &c. *Sloan Jam.* 1. *tab.* 147. f. 1.
In Americæ Galliæ æquinoctiali.
Caul. erectus. Fol. Gentianæ ſimil: vaginæ latiſſimæ, & a caule diſtantes. Bract. lanceol. oppoſitæ.

8. *vaginata*. C. cor. æqualibus: fol. linearibus: fl. diandris, involucro vaginatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India orientali ☉.
Caul. multi, adſcendentes, ſubſcabri. Fol. ſeſſil. vaginantia, acuta. Pedunc. terminal. & axillar. elongati. Involuc. lanceol. ſtriatum, convolutum ut fere cylindricum. Cal. apice coloratus.

9. *nudiflora*. C. cor. æqualibus: fol. linearibus: pedunc. capillaribus: involuc. nullo: fl. diandris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ephemerum &c. *Pluk. alm. tab.* 27. f. 4.
In Indiæ Or. aridis graminoſis ☉.
Caul. erectiuſc. baſi decumbens, ſpitham. ſubſcaber. Fol. ſeſſil. vaginant. acuta. Pedunc. terminal. duo, maior, minorve. Fl. 4-6. pedicellati, nutantes. Cal. foliol. ovat-lanceol. acutis, cor. minoribus. Petala ovata, inæqualiter diſtributa, infima magis diſtantia.

nudicaulis. C. cor. æqualibus: ſcapo indiviſo: fol. lanceol. radicalibus. *Burm. Ind. tab.* 8. f. 1.
In Java.
Radix repens, fibroſa. Caul. procumbens. Fol. radical. ad ortum vaginantia. Scap. erectus, filiform. in cuius medio bractea revoluta. Fl. bini, cœrul.

papilionacea. C. involuc. 3-phyll. alterum recipientibus: caul. repente: fol. lanceol-linearibus. *Burm. Ind. tab.* 7. f. 1.
Habitat Coromandeli.
Radix fibroſa, alba. Caul. 2-pollic. articulatus, ad ſingula genicula radicans, e rubro-virid. Fol. ſeſſil. vagina latiuſcula, breviſſ. acuta, ſubciliata, ſuccoſa. Spatha terminal. cordata, complicata, ſubciliata, ſub qua foliola 2. lanceol. lunata.

diffuſa. C. cor. æqualibus: pedunculis capillaribus: fol. ovat-oblong. involuc. nullo. *Burm. Ind. tab.* 7. f. 3.

Commelinoides. C. ramis paniculæ ſpicatis, lateralibus; ariſta calyce fl. longiore. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.

hexandra. C. fl. ramoſis, cœruleis. *Aubl. Guian. tab.* 12.
In Caienna, & Guiana 2|.
Caul. pl. 3-pedal. & ultra, flexuoſi, nodoſi. Fol. alterna, ſubpetiolat. petiolo vaginam oblongam, ventricoſam, pilis coronatam efformante; ovata, acuta, ſtriata, integerr. Fl. terminales, racemoſi, racemulis 4-fl. Petala inæqualia, ovata, concava, cœrul.

77. CALLISIA. Cal. 3-phyll. Petal. 3. Anth. geminæ. Capſ. 2-locul.
Adfinis Commelinæ, ſed Nectariis orbata.

1. *repens*. C. *Syſt. veg.* 14.
Hapalanthus &c. *Jacq. am. tab.* 11. *ed. pict. tab.* 14.
In Americæ meriod. locis umbroſis ⊙.
Planta herbacea, repens, viridis, ſuperne erectiuſcula, baſi ramoſiuſcula, glabra. Caul. digital-ſpitham. teres. Fol. alterna, vaginant. ovat-acum. baſi ſubcord. integerr. craſſiuſc. pinguia, nitida, margine purpur. Fol. ſumma adgregata, & imbricata in roſulam patentem.

Fl. axill. parvi, plerumq. terni, ſeſſiles, tenelli, virentes.

78. XYRIS. Cor. 3-pet. æqualis, crenata. Glumæ 2-valv. in capitulum. Capſ. ſupera.

1. *indica*. X. fol. gladiatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gladiolo &c. *Pluk. alm. tab.* 416. f. 4.
Gramen &c. *Moris hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 9. f. 28. *Rheed. Mal.* 9. *tab.* 139. f. 7.
In India.
Caul. pl. pluſquam pedal. iuncei: Fol. graminea, pedal. Capitulum terminale, ovale, ſquamatum, lucens, col. ex luteo, & pallido variegatum.

---

americana. X. fol. ſetaceis: fl. cœrul. *Aubl. Guian. tab.* 14.
In Guiana ♃.
Planta herbacea. Fol. parva, faſciculata, baſi ſe mutuo amplexantia, anguſta, acuta, plana, rigida. Scapi numeroſi, 3-4. unc. nudi, compreſſi, anulati. Capitul. ſquamoſum, ſquamis ovatis, concavis, flores diſtinguentibus.

79. SCHŒNUS. Glumæ paleaceæ, 1-valv. congeſtæ. Cor. 0. Sem. 1. ſubrotund. inter. glumas. *Differt a Scirpo ſquamis omnibus fertilibus.*
A Cypero glumis folliculi incerti numeri, laxe ſine ordine congeſtis, aut laxe imbricatis. Locuſta, ſive ſpica multiflora.

* *Culmo tereti.*

1. *Mariſcus*. S. culmo tereti; foliis margine, dorſoq. aculeatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Pſeudo-Cyperus &c. *Scheuchz. gram. tab.* 8. f. 7. 11.
Cyperus &c. *Moris hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 11. f. 24.
Gramen &c. *Bocc. Sic. tab.* 39.
In Europæ paludibus.
Culm. 2-cubital. Fol. pene triquetra, nervo valde eminente. Aculei marginis dorſique digitos fere vulnerant. Panicula ſubſpitham. valde ramoſa. Pedunc. axill. alterni, ramoſi. Stipulæ ſub panicula longæ, fuſcæ. Locuſtæ ovat-acum. ligneæ.

2. *mucronatus*. S. culm. tereti, nudo: ſpicul. ovatis, faſciculat. involuc. ſub-6-phyll. fol. canalicul. *Syſt. veg. ed.* 14.

Juncus &c. *Barr. ic.* 203. f. 1.
Gramen &c. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 9. f. 6.
Scirpus &c. *Scheuchz. gram. tab.* 8. f. 1.
In Europæ maritimis arenoſis ♃.
Radix repens. Fol. plurima, radical. in faſciculum collecta, longiſſ. canaliculata, ſubteretia, margine ſcabra (non carnoſa, nec plana). Culm. foliis craſſior, longeque brevior, firmus, lævis. Involuc. foliola inæqualia.
Proximior eſt Cypero, quam Schœno: ſpiculæ enim conſtant ex glumis laxe quidem, ſed tamen ut in Cypero, ſibi alterne ſucsedentibus, & imbricatis.

3. *nigricans.* S. culm. tereti, nudo: capitulo ovato; involucri diphylli valvula altera longa, ſubulata. *Syſt. veg. ed.* 14.
Juncus &c. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 10. f. 28.
Juncus &c. *Magn. monſp. tab.* 144.
Junco &c. *Scheuchz. gram. tab.* 7. f. 13. 14. 15.
In Europæ palludibus æſtate exſiccatis ♃.
Planta ceſpitoſa. Culm. pedal-cubital. Fol. carinata, convexa. Involuc. 2-phyll. inæquale. Spicæ multæ, adpreſſæ, peduncul. atro-ſpadic.

4. *ferrugineus.* S. culmo tereti, nudo: ſpica duplici; involucri valvula ma. ſpicam æquante. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 12. f. 40.
In paludibus ♃.
Affinis priori, ſed brevior, & anguſtior. Num. & magnitudine ſpicarum; diviſione, & proceritate paniculæ inſigniter variat.

5. *fuſcus.* S. culmo tereti, folioſo: ſpiculis ſubfaſcicul. fol. filiformibus, canaliculatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cyperus &c. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 11. f. 40.
In Europæ paludibus ceſpitoſis ♃.
S. *faſciculato ſimillimus ſtatura, ſpicis, loco: differt ſpiculis glomeratis, fuſcis, nec faſtigiatis, albis: præcocius floret.*
Culm. digit-palm. obtuſe triquet. Fol. canaliculata, paſſim cum maculis fuſcis.

6. *compar.* S. culm. tereti, nudo: ſpica compoſita: ſpiculis geminatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Rottbœl. deſcr. & ic. plant. l.* 1. *tab.* 18. f. 4.
Ad cap. b. Spei.
Culmi pedal. læves. Spica terminal. plerumq. ex 6. congeſta. Spiculæ pares, ſeſſil. ovatæ, ferrugin.

7. *ustulatus*. S. culm. tereti, folioso: spicis pedunculat. pendulis, oblong. aristatis. *Syst. veg: ed.* 14.
Ad cap. b. Spei ♃.
Culm. 2-pedal. absque geniculis. Fol. caulina pauca, pedal. filiform. lævia, laxa, acuta, canaliculata, vagina striata, superne fuscescente. Fol. floralia 2. alterna, culmum non superantia, vagina dilatata, ferruginea. Pedunc. e singulis vaginis sæpius duo, laxi, ut fere membranacei, longitudine spicæ. Spicæ compositæ, atro-ferrugineæ, suffultæ bractea concol. aristata. *Differt a S. glomerato spicis oblong.*

8. *radiatus*. S. culmo teretiusc. capitulo subrotun. involucr. 8-phyll. longiss. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Fol. plura, spitham. linearia, canaliculata, lævia, rigidiuscula. Capitulum magnitudine Pruni. Involuc. flavum. Foliola alia inter florum acervos, involucro similia.

** *Culmo triquetro.*

9. *bulbosus*. S. culm. triquetris, nudis: fl. glomerulis alternis: fol. lineari-filiformibus. *Syst. veg. ed.* 14.
Scirpus &c. *Retzbel. descr. & ic. plant.* l. 1. *tab.* 16. f. 3.
Ad cap. b. Spei ♃.
Radix bulbosa, vestita foliorum præteritorum rudimentis. Fol. numerosa, setacea, erecta, striata, longitudine fere culmi, basi membranacea, alba. Culmi spithamæi, fol. vix longioresq., latioresque. Glomeruli 3-4 sessiles. Fl. parvi, rubri. Singulis glomerul. folium setaceum subiectum. *Facies Junci bulbosi.*

10. *compressus*. S. culm. subtriquetro, nudo: spica districha; involucr. 1-phyllo. *Syst. veg. ed.* 14. *Pollich. Pal. tab.* 1. f. 2.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 34. f. 9. *Scheuchz. gram. tab.* 11. f. 6.
Cyperella &c. *Mich. gen. tab.* 33. *Synonima* Caricis uliginosi *ad hunc refert Hall.*
In Europa.
Culm. pedal-cubital. compressus, sulcatus. Fol. plana. Spica fusca e sinu culmi, ut in Juncis: locusta elliptica, spadicea, nitida. Sem. aristis 6. obsitum.

Huius etiam ſpiculæ ita componuntur, ut ab aliis Schoeni ſpeciebus longe recedant, atque Cyperi ſpiculas referant.

11. *glomeratus.* S. culm. triquetro, folioſo: fl. faſciculat. fol. planis: pedunculis lateralibus geminis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia.
Diſtincta eſt ſpecies.

12. *termalis.* S. culm. triquetro, folioſo: capitulis lateralibus, compoſitis, ſubſeſſilibus: fol. enſiformibus, carinatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 12. f. 2.
Ad aquas calidas Cap. b. Spei ♃.
Culmi 6-ped. craſſitie pennæ cigneæ, lignoſi, ſubrigentes, læves. Fol. vaginant. erecta, ſtricta, lævia. Capitula verſus ſummitatem culmi, alterna, ſubſeſſil. ſingulum e vagina foliacea.

13. *albus.* S. culm. ſubtriquetro, folioſo: fol. ſetaceis: fl. faſciculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 320.
Cyperus &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 9. f. 39.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 34. f. 11. *Schcuch. gram. tab.* 11. f. 11.
In Europæ paludoſis ♃.

Fabri. S. culm. compreſſo: capitul. ſolitar. involucro maximo tectis; apicibus exteriorum ſquamarum longiſſ. folio terminatis. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 19. f. 2.
Flos, & tota ſtructura novum genus indicare videntur.
Culm. altus, flexuoſ. geniculat. compreſſus, ſtriatus. Fol. longiſſ. linear. dependentia, flexuoſa, carinata, ſtriata, baſin verſus præcipue piloſa. Capitula lateralia, & terminalia maxima; erecta, ſquamis coriaceis hirſutiſſ. Totum receptaculum intus fl. pedicellatis obtectum.

ſetaceus. S. culm. triquetro: fol. ſetaceis: ſpicis aggregatis, fl. diandris. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 21. f. 2.
In Suriname.
Culm. ſpitham. ſimpl. ſetaceus, debilis. Fol. alterna, longiſſ. præter ſupremum, quod faſciculo fl. terminalium vix longius eſt. Pedunc. axill. inferior. ſolitarii, ſuperior. 3-4. breviſſimi, in faſciculum collecti. Spicæ 3-4.

cæſpidatus. S. culm. teretib. ſubnudis: panicula tenuiſſima, lineari: bract. anularibus, obliquis, breviſſ. mucrone longiſſ. terminatis. *Rottboell. deſc. pl. l. 1. tab. 18. f. 3.*

Culm. pl. ſeſquiped. iuncei. Vaginæ ſanguineæ, vel ferrugineæ. Panicul. ſeſquiuncial. Rami breves, faſciculati, ſubdichotomi. Bract. brunneæ. Spic. axill. & terminal. parvæ, 3. lineas longæ, diſtichæ, ferrugin.

faſciatus. S. culmis, foliiſque ſetaceis, longiſſ. fl. tenuiſſim. ariſtatis. *Rottboell. deſcr. pl. l. 1. tab. 19. f. 5.*

Culm. pl. pedal. ad baſin fuſci, telaque cancellata atro-purp. cincti. Fol. ad radicem faſciculata, convoluto-ſetacea; caulina alterna, remota, vagina cylindrica, atro-purp. Pedunc. axill. ſub 3-fl., inferior. ſolitarii; ſuper. biniterni. Spicæ vagina ſpathacea.

ſurinamenſis. S. culm. triquetro, folioſo: pedunc. corymboſis, inferioribus alternis, ſuperioribus in umbellam aggregatis. *Rottboel. deſcr. pl. l. 1. tab. 4. f. 1.*

Culmus altiſſim. ſtriatus, ſcaber. vaginæ laxæ, uno latere mucrone obtuſo; fol. longiſſ. lineari, carina, & margine aculeato, terminatæ. Corymbi laterales, pedunculati, compoſiti. Spicæ terminal. adgregatæ, cylindrico-ſubulatæ, ferrugineæ, vel rufæ, 3-lineares.

incanus. S. *Forsk. Ægypt.*

In Arabia.

Caul. & fol. villoſo-tomentoſa, aculeata. Fol. 3-pollicar. baſi obliqua, margine ſinuato-repando-obtuſo. Cal. ſpinoſus. Fruct. globoſus, ſeſquipollic. diametro, flavus.

deuſtus. S. culm. tereti, nudo, folia æquante: capitul. oblong. glumis calycinis ſubæqualibus, mucronatis, ſpicam involventibus. *Berg. Fl. Cap.*

Ad cap. b. Spei.

Differt a S. nigricante fol. glabris, nec margine ſcabridis: culmo longitud. folior. vaginis membranac. glumis maximis ſpicam involventibus.

Gramen paludoſum. Radix bulbis ovatis. Culmi pl. ſinguli ex ſuo bulbo, palmares, & ultra, ſtriati. Fol. plurima, radical. baſi vaginant. lineari-ſemiſubulata, erecta, glabra, ſuperne concava. Vaginæ membranac. Spica terminal. ſolitaria.

tuberoſus. S. culm. triquetro: capitul. ternis, ſeſſilibus in-

volucro longiſſ. viridi: radic. tuberoſa. *Burm. Ind.*

Mottenga. *H. Mal.* 12. *tab.* 12.

In Java, & Malabaria.

paniculatus. S. culm. triquetro, folioſo: panicula alterna, colorata; calycibus ariſtatis: ſeminibus globoſis, lævibus. *Burm. Ind.*

Carex &c. *Rumph.* 6. *tab.* 8. f. 1.

In India.

Fol. alterna: panicula axillar. ſetæ plurimæ, pollic. Sem. ſplendentia, ut Lithoſpermi, ſæpe nigricant.

odoratus. S. ſpica compacta, ſubrotunda, viridi. *Aubl. Guian. Sloan. hiſt.* 1. *tab.* 78. f. 2.

In Guiana.

cyperoides. S. culmo compreſſo, ſemitereti, nudo: ſpicis ſeſſilibus, lanceolat. tortis; infima involucrata. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Zeylona.

Culm. ſolitar. ped. & ultra, ſtriatus. Fol. filiform. vaginis fuſcis. Spicæ 2-7 forma, & torſione Cyperi *monoſtachii*, ſed plus duplo latiores, nitidæ. Squam. cymbiform. compreſſæ.

Bobartiæ. S. culmo compreſſo: capitul. terminali; involucr. 5-phyll. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Zeylona.

Rad. veluti bulboſæ. Fol. linearia, laxa. Culm. ſubpedal. Capitul. breve, ſpiratum. Spicul. pl. ſquamis ſub 5. ovatis, ſcarioſis, cavis.

30. CYPERUS. Pl. ſpicæ in capitulum congeſtæ, multifl. complanatæ. Glumæ paleaceæ, diſtiche imbricatæ. Cor. 0. Sem. 1, nudum, triquetrum.

* *Culmo tereti.*

1. *articulatus.* C. culmo tereti, nudo, articulato. *Syſt. veg. ed.* 14.

Juncus &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 81. f. 1.

Cyperus *Niloticus. Forsk. Ægyp. monente Vahl.*

In Jamaicæ rivulis 4.

Culm. pedal. & ultra, col. cæſio. Umbella nuda, ſubſimpl: radii 8-9. flexuoſi, inæqual. apice ſub-3. fid. Spicæ confertæ, lineares, ferrugineæ.

2. *minimus.* C. culm. tereti, nudo; ſpicis ſub apice. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 300. f. 5. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 79. f. 3.
In Jamaica, Africa.
Culm. ſpitham. Fol. capillacea. Spicæ 3-5. compactæ, imbricatæ, ovatæ. Sem. triquetrum.

3. *lateralis.* C. culmo teretiuſc. nudo: ſpica laterali, ſeſſili. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
Ad cap. b. Spei ☉.
Culmi pl. longitudine aciculæ, ſetiform. non rigidi. Spica ovata, ſquamis 7-9. diſtichis, acutiuſcul. lævibus.

4. *Monti.* C. culm. tereti: foliis carina lævibus: umbella ſupradecompos. *Lin. ſuppl. Syſt. veg. ed.* 14. *Mont. Gram. tab.* 1. f. 2.
In India, nunc in Italia, locis inundatis ♃.
Culm. teres, apyll. Fol. longiſſ. Involl. longiſſ. 6-phyll. Spicul. ovatæ, ferrugineæ.

5. *tenellus.* C. culm. nudo, ſetaceo: ſpicis ſolitariis, geminiſq: ſeſſilibus. *Lin. ſuppl. Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Culmi digito breviores, craſſitie ſetæ equinæ. Spicæ intra apicem culmi, compreſſæ, ancipites, ovatæ; ſquamis 10-12.

** *Culmo triquetro.*

6. *monoſtachyos.* C. culm. triquetro, nudo: ſpica terminal. ſimpl. ovata; ſquamis mucronatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottbœl. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 13. f. 3.
In India Orient.
Fol radical. numeroſa, linear. anguſtiſſ. laxa, lævia, ſpitham. Culm. vix pedal: filiform. debilis. Spica magnitudine ſem. Cucumeris, imbricata, compreſſiuſc. lævis, ſquamis carinatis. Foliolum ſub ſpica 1-raro 2. ſubulatum, longitudine ſpicæ.

7. *lævigatus.* C. culm. triquetro, nudo; capitulo 2-phyllo; fl. lævigatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Rottbœl. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 16. f. 1.
Ad cap. b. Spei ♃.
Culm. 2-ped. lævis. Capitul. terminal. ſubrotun. e ſpicul. pl. ſeſſilibus. Involucr. foliol. planocanalicul. ſubulat. capitulo longioribus, ſtrictiuſc. ma: erecto, inferior. patulo. Spicæ obl-ovatæ, imbricatæ, glaberr. obtuſiuſc. ſquamis ovatis.

8. *Haſpan*. C. culm. triquetro, folioſo: umbella ſupra decompos: ſpicul. umbellato-ſeſſilibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Rottbœl. deſcr. pl. l.* p. *tab.* 6. f. 2.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 192. f. 2.
In India, Æthiopia ♃.
Culm. pedal. Fol. ovata. Involucr. 2-phyll. vix umbella longius. Umbel. ſparſa. Spiculæ in apice ex eodem puncto ortæ.

9. *longus*. C. culm. triquetro, folioſo: umbella foliola, ſupradecompos: pedunc. nudis; ſpicis alternis. *Syst. veg. ed.* 14. *Moris. hist.* 3. ſ. 8. *tab.* 11. f. 13.
In Italiæ, Galliæ, Carniolæ &c. paludibus ♃.
Radix longa, odorata. Culm. angulis aſperis. Umbellulæ craſſæ, rufeſcentes, e variis ſpicarum congeſtarum agminibus conſtantes, quarum medium brevi pediculo inſidentibus pl. ſpicis conſtat; reliquæ, quæ illud circumſtant, pediculo oblongo inhærent.

10. *eſculentus*. C. culm. triquetro, nudo: umbella folioſa: radicum tuberibus ovatis; zonis imbricat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Moris. hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 11. f. 10. *Lob.* ic. 75.
In Italia, Oriente ♃.
Fol. graminea, acuta, dorſo triquetra.

11. *rotundus*. C. culm. triquetro, ſubnud. umbell. decompoſita: ſpicis alternis, linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
C. hexaſtachyos. *Rottbœl. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 14. f. 2.
In India.
Radix aliquot bulbos gerit. Culmus ſubped. inferne veſtitus fol. 4. alternis, gramineis. Involucr. 2-3. phyll. longitudine umbellæ.

12. *ſquarroſus*. C. culm. triquetro, nudo: umbella folioſa, glomerata: ſpicis ſtriatis, ſquarroſis. *Syſt. veg. ed.* 14. Rottbœl. deſcr. pl. l. 1. *tab.* 6. f. 3.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 397. f. 2.
In Aſia.
Culmi pl. conferti, pollic. Fol. graminea, baſi culmum obvolventia. Involuc. 3-4-phyllum umbella longius, baſi latius. Umbella nulla diſtincta, ſed radii umbellæ undique ſpiculis confertis.

13. *diſformis*. C. culmo triquetro, ſubnudo: umbella ſimpl. 2-phylla,

2-phylla, 3-fid. ſpicis cuſpidatis, intermedia ſeſſili. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboell. deſcr.* pl. l. 1. *tab.* 9. f. 2.

Gramen &c. *Pluk. alm.* tab. 317. f. 1. *phyt. tab.* 417. f. 5.

In India.

Culm. pedal. ad baſin uno, alterove fol. veſtitus. Involuc. foliol. altero longiſſ. Partiale nullum. Spicæ numeroſæ, ſeſſil. lanceol. ſquamis ovatis, concavis, obtuſis, latere ſcarioſis.

14. *Iria.* C. culm. triquetro, ſeminudo: umbell. folioſa, decompoſita: ſpiculis alternis, granis diſtinctis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 191. f. 7.

Iria &c. *Rheed. Mal.* 12. *tab.* 56.

In India.

Culm. pedal. ſtriatus. Fol. lanceol-linear. vaginant. ſtriata, carinata, mollia. Involuc. univerſale 3-phyll. umbella longius. Partialis ſquamæ ſetaceæ, flexuoſæ, pedicellis ſubiectæ. Pedunc. in umbella plurimi, apice umbelliferi: umbella ex 3-4. radiis. Grana triquetra, obtuſiſſ. vix manifeſte palea veſtita, parum diſtantia. Color baſeos culm. & radiorum ferrugin: culmi reliqui, & fol. incanus: ſpicarum fulvus, micans.

15. *elatus.* C. culm. triquetro, nudo: umbel. ſupradecompoſita, folioſa; ſpicis digitalibus, imbricatis; ſpicul. ſubulat. (diſtichis). *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboell. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 10.

In India.

Gramen altum. Umbell. inæqual. Involucr. univerſale longiſſ. Partial. ſpicis brevius. Spicæ ſeſſil. ferrugin.

16. *glomeratus.* C. culm. triquetro, nudo: umbell. ſupradecompoſ. 3-phylla: ſpicis glomerato-rotundatis; ſpicul. ſubulatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Segu. Ver.* 3. *tab.* 2. f. 2. *Mont. gr. tab.* 1. f. 1.

In Italiæ paludoſis, & in India ☉.

Simil. priori, ſed brevior. Spicæ congeſtæ.

17. *glaber.* C. culm. triquetro, nudo, lævi: umbella 3-phyl. fl. glomeratis; inferior. brachiatis: fol. glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Segu. Suppl. tab.* 2. f. 1.

In Veronæ &c. humentibus ☉.

Culm. palmar. Fol. radical. erecta, longitudine

culmi. Umbel. ſimpl. fl. ſeſſilibus, alternis, infimis pedicellat. Fl. ovati, compreſſi, diſtiche imbricati, per maturitatem fuſceſcentes.

18. *elegans*. C. culmo triquetro, nudo: umbella folioſa; pedunc. nudis, proliferis: ſpicis confertis, mucronibus patulis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 6. f. 4. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 75. f. 1.

In Jamaicæ paludoſis maritimis.

Culm. pedal. & ultra, aſper. Fol. longiſſ. linear. vaginant. carinata, involuta, ſcabra. Umbell. decompoſ. ſtrictiſſ. Radii ſub 8. Spicæ pl. breves, ovatæ.

19. *odoratus*. C. culmo triquetro, nudo: umbella decompoſ. ſimpliciter folioſa; pedicellis diſtiche ſpicatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 8. f. 2. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 74. f. 1. & *tab.* 8. f. 1.

In America ad fluviorum ripas.

Gramen giganteum. Culm. craſſitie digiti. Umbell. ſeſquiped. ramoſiſſ. Radii principal. 24. longiſſ. Spicæ confertæ, horizontal. ferruginæ.

20. *compreſſus*. C. culmo triquetro, nudo: umbella univerſali triphylla, glumis mucronat., lateribus membranac. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort.* 3. *tab.* 12. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 9. f. 3. *Sloa. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 76. f. 1.

In Amer. Septentrion. pratis arenoſis, & in Pedemontio ♃.

Dignoſcitur panicula, & ſpicis viridibus; glumis mucronatis, non patulis; & marginibus lateralibus membranac. Umbel. partial. nudæ; univerſalis glomerata.

Planta inodora. Radix tuberculata, extus nigra, intus alba. Culm. 1-2. pedal. nitidus. Fol. anguſta, acuta, canaliculata, retrorſum ſcabra. Involuc. foliola exter. longiſſ., intima breviſſima.

21. *flaveſcens*. C. triquetro, nudo, umbella 3-phyll. pedunc. ſimplicibus, inæqualibus: ſpicis confertis, lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 11. f. 37.

b. Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 8. f. 3.

In Europæ paludoſis ☉.

Caulic. ceſpitoſi, ad ſummum dodrant. Spicæ ad 15. oblong. Spicul. conglomeratæ, ovatæ, diſtichæ, ex viridi-ſubluteæ.

b. Culm. 2-unc. Fol. capillac. lineæ quadrantem lata. Spicul. 2-3. minimæ.

22. *fuſcus*. C. culmo triquetro, nudo: umbella 3-fid. pedunc. ſimplicibus, inæqualibus: ſpicis confertis, linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Den. tab.* 179. *Leerſ. herborn. tab.* 1. f. 2. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 9. f. 38. *Pluk. phyt. tab.* 191. f. 3.
In Europæ, & Ægypti pratis humidis ⊙.
Differt a priore vix manifeſte, culmis ad terram ſparſis: fol. magis ſcabris: ſpicul. anguſtioribus, fuſcis.
Raro altitudo pedal. Fol. linearia. Panicula laxior, & ramoſior. Spicæ nigro-purpur.

23. *pumilus*. C. culmo triquetro, nudo: umbella compoſita, 2-phylla: ſpicul. alterno-digitat. lanceol. glumis mucronatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 191. f. 8.
In India.
Simil. C. compreſſo, ſed brevior, diſtinctus glumis minus imbricatis, & apice mucronat. Involucrum umbella longius.

24. *triſtorus*. C. culm. triquetro, nudo: umbella triſtachya; intermedia ſeſſili; ſpicul. lævigatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India orient. ♃.
Culmi pedal. læves. Involuc. terminale, 2-phyll. ſubulatum, ſpica brevius. Spicæ 3. ovatæ, compreſſæ, ancipites, lævęs, acutæ, ſquamis acuminat.

25. *ſtrigoſus*. C. culmo triquetro, nudo: umbella ſimpl. ſpicul. confertiſſ. linearib. horizontalib. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cyperus &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 74. f. 2. 3.
In Jamaicæ, Virginiæ paludibus.
Radix ſubrotunda. Culm. pedal. Fol. inæqual. panicula longiora, lanceol-linearia, canalicul. glauca. Umbellæ radii ſimpl. erectiuſc. inſtructi ſpicul. longiuſcul. numeroſis, ferrugineis.

26. *ligularis*. C. culmo triquetro: umbellæ ſpicul. capitatis, ſeſſilibus, oblong. involuc. longiſſ. ſerrato-aſperis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboell. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 11. f. 2. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 9.
Ira. *Rheed. mal.* 12. *tab.* 55.
In Jamaica.
Culm. altiſſim. craſſus, glaucus. Capitula terminal. & lateralia, inæqual. ſolitar. oblong. craſ-

ſa. Umbellæ decompoſ. intermedia ſeſſili. Radii 5-6. inæquales, patentes. Spicæ cylindrico-ſubulatæ, diſtichæ, ferrugin. & coccineæ.
Culm. Arundinaceus. Fol. ſolidiuſcula. Panicul. erecta. Glumæ glabræ.

5. *phleoides*. P. panicula ſpiciformi, cylindrica, glabra, paſſim vivipara. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 531.
Gramen &c. *Moriſ. hiſt. tab.* 4. f. 2. *Bar. ic. tab.* 21. f. 2.
In Europæ verſuris, & ad vias ☉.
Habitus Phlei, ſed fl. alii. Culm. ſeſquiped. ple-

rumq. violac. Spica arcuata, pallens, in lobos divisibilis, adsperſa hinc inde glumis viviparis. Spiculæ alternæ, diſtichæ, culmo adpreſſæ, imbricatæ.

6. *utriculata*. P. panicula ſpicata: petalis ariſta articulata; vagina ſupremi ſolii ſpathifor. *Syſt. veg. ed.* 14. *Scop. Delic. Inſub. faſc.* 1. *tab.* 12.
In Italia ☉.
Culmi ſolitar-pl. pedal. erecti, ſæpe ſimplic. Fol. lata, mucronata, baſi membrana albida. Spica 6-9- linear. e viridi-paleaceo-alba, vel ſpadicea.

7. *paradoxa*. P. panicula cylindrica, floſcul. mucronatis; neutris plurimis; infimis præmorſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 12.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 33. f. 5. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 3. f. 6.
In Oriente, & Comitatu Nicæenſi ☉.
Radix fibroſa, minime bulboſa. Culm. pl. pedal. erecti, ante antheſin decumbent. læves, ſicuti fol. *ſimilis priori*.

8. *arundinacea*. P. panicula ampla, oblong. ventricoſa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 259. *Lœrſ. herb. tab.* 7. f. 3.
Gramen &c. *Schreb. tab.* 3. f. 4. A. B. C. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 6. f. 41.
b. Phalaris *picta*.
In Europæ ſubhumidis ad ripas lacuum ♃.
Caul. orgyal. craſſus. Fol. ad 8. lineas lata, glabra, ſubglauca. Panicul. pedal. ramoſiſſima, ſed ramis faſcicul. fl. tectis, confertis, imbricatis, alterne longioribus, col. purpuraſc. quandoq. albo. Loco nectarii ſub quavis gluma corollina penicillum pilorum gerit.

9. *erucæformis*. P. panicula ſecunda, lineari: calycibus 2-fl. *Syſt. veg. ed.* 14.
Dactylis &c. *Gmel. Sibir.* 1. *tab.* 29.
Gramen &c. *Barr. rar.* 1158. *tab.* 2.
In Europa auſtrali.
Paſpalum refert, ſed valvulæ fl. modo contrario dehiſcunt.
Caul. 1-2. ped. Fol. palmaria, pulchre viridia. Panic. erecta.

10. *zizanioides*. P. panicula ſimpliciſſ. fl. muricatis; altero ſeſſili, *Syſt. veg. ed.* 14.
In India Orient.

Culmi 2-ped. læves. Fol. rariora, breviora, vaginantia. Fl. ad paniculæ dentes ſingulos 2.
Facies aliqua P. oryzoides, ſed corolla inſtruitur.

11. *oryzoides*. P. panicula effuſa: glumarum carinis ciliatis.
Syſt. veg. ed. 14. *Schreb. gram. tab.* 22.
Gramini &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 71. f. 1.
Gramen miliaceum &c. *Mont. prodr.* ic. 58.
Aſperella. Italis.
In Italiæ agris Oryzaceis; & alibi ſecus aquas 2.
Petalis caret. Culm. 3-ped. & ultra. Fol. 2-lineas lata, aſpera. Ex ſinu fol. ſupremi exit panicula erecta, ramoſa, ſtricta, pedicellis flexuoſis. Floſc. albicant. lineis virentibus.

12. *dentata*. P. ſpica cylindrica, glumis muticis, carinatis, carina dentata; dentibus apice globoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Africa.
Gramen pulchrum, & diſtinctiſſimum p.° intuitu. Statura P. Phleoidis. Culm. geniculati, glabri, fol. brevibus. Spicæ terminal. ſolitariæ.

13. *hiſpida*. P. ſpicis digitatis: glumis ſcabris: fol. ovatis.
Syſt. veg. ed. 14. *Thumb. Japon.*
In Japonia.
Differre omnino videtur a P. Zizanoide. Culmi decumbent. pedal. ramoſi, capillar. apice erecti, articulati, glabri. Fol. vix pollic. vaginant. acuta, patula, ciliata, glabra. Spicæ pl. 3-6. unguicul. Floſcul. alterni, ſeſſil. imbricati.

---

aſpera. P. panicula ſpicata, tereti: calycibus obcordatis, mucronatis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In alpibus Europæ merid.
Culm. ſpitham. baſi ramoſi, vaginati. Fol. brevia, anguſta, nuda. Panicul. 1-4-poll. longa. Cal. pallide viridis. Sem. ovale, oblong. minime compreſſum.

alpina. P. panic. cylindrica, ſpicata: glumis calycin. ſubariſtat. dorſo ciliatis. *Turre Giornale di Venezia.* T. 1.
Culm. 2-pedal. erect. Panic. variegata, villoſa, ex ſpicul. compactis ſpicam cylindricam efformantibus. Cal. glumæ carinatæ, ſubariſtatæ, dorſo ciliatæ. Cor. calyce duplo brevior.

ſemiverticillata. P. paniculæ ramis ſemiverticillatis, patentibus: ſpicul. muticis, ciliatis: fol. glabris. *Forſk. Æg.*
In Arabia. Culm.

Culm. erect. ſeſquiped. glaber. Fol. ſpitham. linear. plana. Panic. rami iterum paniculati.

diſticha. P. panicula ovata, mutica: fol. diſtichis, involutis: culm. repente, ramoſo. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Culmi pars erecta ſpitham. Fol. conferta, ſubpungentia, baſi barbata, viridia. Bractea panic. folium magnum, pallidum. Panic. ovata, patens, diffuſa.

criſtata. P. panicula ſpicifor. oblonga; valvula calycina utrimq. ariſta, cal. duplo longiore. *Forsk. Æg.*
In Arabia.
Spica ariſtis piloſa. Vaginæ, & fol. glabra. Ad baſin fol. membrana erecta, cauli adpreſſa, alba. Fol. plana, valde ſtriata. Panic. ſeſquipollic. varie ramoſa.

velutina. P. ſpicis alternis, filiformibus: culmo, foliiſq. villoſiſſ. *Forsk. Æg.*
In Arabia.
Culm. pedal. Fol. 3-pollic. lineari-lanc. anguſta, velutina. Spicæ multæ, terminal. 3-pollic. ſparſæ, erecto-patent.

ſetacea. P. ſolitaria, ſpicata; ſpiculis ſolitar: involuc. ſetaceis: fl. ſeſquilongioribus. *Forsk. Æg.*
In Arabia.
Culm. ped. ſimpl. Fol. 2. pollic. involuta, plana, glabra. Fol. ſupremum latius, ante efflorescentiam ſpicam includit in ſpatha. Spica 2-pollic. cylindrica, alba.

vaginiflora. P. culm. repentibus, ſpicarum capitulis axillaribus, ſeſſilibus, vagina fol. circumdatis: calyce cor. anguſtiore, fere filiform. 2-valv. 1-fl. valvis compreſſis, anguſtis, altera longiore. *Forsk. Æg.*
In Arabia.
Fol. ſuprema oppoſita.

minor. P. panicula ſpiciform. cylindrica: calycibus carinatis, nudis; nectar. ſolitar. *Retz. Obſ. faſc.* 3.
Nulla habet tubera. Simil. P. *canarien.* ſed minor, panicul. haud ventricoſa, & anguſtior.

92. PASPALUM. Cal. 2-valv. orbiculatus. Cor. eiuſdem magnitudinis. Stigm. penicilliformia.

diſſectum. P. ſpicis alternis, rachi membranac. fl. alternis, apice piloſis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. mant. tab.* 350. f. 2.
In America calidiore ⊙.
Gramen proſtratum, fol. vaginis fere ſpathaceis. Spicæ paucæ rachi membranac. dilatata ad latitudinem ſpicæ ipſius diſtichæ, & ſecundæ. Fl. orbiculati. Fol. utrimq. pubeſcentia.

4. *ſcrobiculatum*. P. ſpicis alternis, rachi membranac. fl. alternis: calycibus multinerviis, extus ſcrobiculatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India Orient. ♃.
Culm. erecti, pedal. & ultra, baſi hirſuti. Vaginæ fol. purpuraſc. margine ciliatæ, hirſutæ. Fol. lævia, ſupra linea albida, longitudinali. Spicæ ſæpe reflexæ.

5. *villoſum*. P. ſpicis alternis, ſecundis, rachi hirſuta; fl. duplici ordine, alternis, ſecundis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thum. Japon. tab.* 8.
In Japonia.
Culm. 3. pedal. glaber. Fol. brevia, ſubſcabrida, ſtriata. Spicæ 3-4.

6. *virgatum*. P. ſpicul. paniculatis, alternis, baſi villoſis: fl. geminis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 69. f. 2.
In Jamaica.
Valvula cal. exterior breviſſ. margine hirſuta.

7. *paniculatum*. P. ſpicis paniculatis, verticillato-aggregatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 72. f. 2.
In Jamaica.
Erectius hoc eſt. Spicul. linear. ſecundæ, filiformi. anguſtiſſ. Fl. duplici ordine digeſti, acutiuſculi.

8. *diſtichum*. P. ſpicis duabus, altera ſeſſili; fl. acuminatis, *Syſt. veg. ed.* 14.
In Jamaica.
Gramen pedale. Fol. involuto-ſubulata. Spicæ erectæ, adproximatæ, ſecundæ. Cal. & cor. ovatæ.

---

hirſutum. P. ſpicis alternis, ſubbinis, rachi membranac. calycibus multinerviis, lævibus: fol. pedicelliſq. hirſutis. *Retz. Obſ. faſc.* 2.
In China.
Culmi erecti, folioſi, ſuperne piloſi. Fol. & vaginæ undiq. piloſæ, oris barbatis. Spicæ

erectiuſc. ſubſeſſil. Fl. ſecundi, alterni, pedicellati, glabri.

longiſtorum. P. ſpica gemina: floſcul. ovali-oblongis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Malabaria.
Culmi adſcendentes, filiform. Fol. brevia, acuta, patentia, ad culmi baſin vaginantia. Spicæ terminal. erectæ; lineares. Fl. alterni, pedicellati, adpreſſi. *Facies Panici diſtachii*.

93. PANICUM. Cal. 3-valv. valvula tertia minima, poſt alteram poſita.

* *Spicata*.

1. *polyſtachion*. P. ſpicis teretibus: involucel. 1-fl. faſciculato-ſetoſis: culmis erect. ſuperne ramoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Rumph. amb.* 6. *tab.* 7. f. 2.
In India ♂.
Simil. in ſpicis P. glauco, ſed dimidio minoribus: piſtill. ſanguineis. Culm. inferne radicans, ramoſus, 1-6. pedal. Fol. piloſa, ſuperne fere oppoſita. Involuc. purpuraſcentia.

2. *verticillatum*. P. ſpica verticillata; racemul. quaternis; involuc. 1-fl. biſetis: culm. diffuſo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Bauh. Theat. tab.* 139.
In Europa Auſtr. & Oriente, ad vias, & limites agrorum ☉.
Simil. P. viridi, ſed ſpica racemis longioribus, 3-4 deorſum ſecundis. Fl. virid. piſtil. purpuraſcent. Culmi læves, 2-pedal. Fol. nuda.
Var. maior paniculu magis diffuſa, longiore, & craſſiore.
Var. mi. panic. ſemidigit. ſpicata, cylindrica.

3. *helvolum*. P. ſpica tereti; involucel. 1-fl. faſciculato-ſetoſis: ſeminibus nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In India Or. ☉.
Simil. P. glauco, ſed reapſe diverſum. Culm. 6. ped. ramoſi, ramis ſterilibus brevioribus. Fol. ad baſin ſupra pilis albis, fere pollicaribus, patentiſſ. Spica ſpitham. ſimplex, floſcul. abſque ordine, Involucel. helvola, multiſeta, fl. multo longiora. Gluma ſtriis longitudinalibus (nec tranſverſis undulatis) diſtinctis, viridibus.

4. *glaucum*. P. ſpica tereti; involucel. 2-floris, faſciculato-piloſis: ſeminibus undulato-rugoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 2. f. 2. * *Schreb. gram. tab.* 25. *Lob. ic.* 13.

In Indiis, Italia, Germania; frequens in arvis ⊙.

Culmi recti. Fol. lanceol. ſubtus tomentoſa, vaginis oris piloſis. Pedunc. valde ſulcatus. Spica ſimplex, magnitudine varia, oblonga, craſſa, ut in P. vulg. Involucel. in ſpica matura ſemper lutea, vel fulva. Fl. cœrul.

P. viride, glaucum, & verticillat. ex datis characteribus vix diſtinguuntur. Quærendi ſunt alii, ſi adſint.

5. *viride*. P. ſpica tereti, involucel. 2-fl. faſciculato-piloſis: ſeminibus nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 852. *mavente Vahl. Leerſ. herb. tab.* 2. f. 2. * *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 3 *tab.* 4. f. 10.

In Europa auſtrali, ad limites agrorum ⊙.

Simil. P. verticillato, ſed molle, nec aſperum. Culm. pedal. & ultra, erectus. Fol. lata, in origine ſua etiam tomentoſa. Spica ſubovata, floſculis ſolitar. ſeſſilibus. Involuc. ſetaceum, flavum, ſetis longioribus fl. ſuperantibus.

6. *italicum*. P. ſpica compoſita, ſpicul. glomeratis, ſetis immixtis; pedunc. hirſutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rumph. amb. tab.* 75. f. 2.

In Indiis ⊙.

Culm. 2-pedal. Spica ovata, varians col. & magnitudine. Sem. Milio exiliora, & rotundiora.

7. *crus corvi*. P. ſpicis alternis, ſecundis; ſpicul. ſubdiviſis; glum. ſubariſt., hiſpidis; rachi trigona. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Indiis ⊙.

Habetur pro varietate ſequentis, ſed minus, tenerius. Panicula magis nutans; rachi trigona, nec pentagona. Spicæ ſecundæ, nec undique rachi incumbentes.

8. *crus galli*. P. ſpicis alternis, coniugatiſq. ſpicul. ſubdiviſis; glumis (ſæpe) ariſtatis, hiſpidis, rachi 5-angulari. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 2. f. 3. Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 4. f. 15. *b. Moriſ. l. c.* f. 16.

In Europæ, & Virginiæ arvis ubique ⊙.

Culm. 2-pedal. Paniculæ axillar. ſpicul. alternæ, paniculatæ, pedunc. ramoſis. *Cal. non eſt* 3-*valv. nec* 1-*fl. rachis quoque ſæpe* 3-*gona.*

Variat ariſtis longiſſ. aut breviſſ. ſicuti var. *b.* ariſtis decies glumis longioribus, manifeſte a communi planta, cui vix ſeſquilongiores ariſtæ, differt.

9. *colonum*. P. ſpicul. alternis, ſecundis, muticis, ovatis, ſcabris; rachi teretiuſcula. *Syſt. veg. ed* 14. Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 189. f. 5. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 64. f. 3. *Ehret. pict. tab.* 3. f. 3. *Rumph. amb.* 6. *tab.* 5. f. 3.

In Indiæ cultis ⊙.

Culmi adſcendent. ſpitham. teretes. Fol. lævia, ſæpe ferrugineo-maculata, fauce purpuraſc. abſq. ligula. Spica ſimpl. ſecunda. Spicul. plurimæ, ſubſeſſil. abſq. faſcicul. pilotis. Piſtill. alba, mox purpuraſc.

10. *briziodes*. P. ſpicis alternis, ſeſſilibus, ſecundis, adpreſſis, oblong. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 191. f. 1.

In India.

Culm. erect. pedal. articulat. lævis. Fol. alterna, remota, 5-6. longitudine culmi, lævia, baſi vaginantia, collo cartilagineo. Rachis terminal. palmar. ſimpl. Spicæ ſæpe 5.

11. *hirtellum*. P. ſpica compoſita; ſpicul. adpreſſis, alternis, calycibus geminis; valvul. omnibus ariſtatis, extima longiſſima. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 12. f. 1.

P. *undulatifolium*. *Ard. ſp.* 2. *tab.* 4.

Gramen &c. *Bocc. muſ.* 2. *tab.* 55.

In Indiis, & in Italiæ ad radices collium. & montium locis umbroſis ♃.

Culm. repent. aut erectiuſculi. Fol. brevia, ovat-lanceol. undulata, vaginis longis. Spicæ ſecundæ, ſubſeſſil. Fl. ariſtæ filiformi. obtuſæ, ſanguineæ, glutinoſæ, demum uncinatæ. Stam. piſtillaq. alba.

12. *conglomeratum*. P. ſpica ſubovata, ſecunda; floſculi obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In India Orient.

Culmi proſtrati, radicant. ramoſiſſ. filiform. Fol. lanceol. lævia, vaginis articulo dimidio brevioribus. Spica parva, ſæpe 8-fl. abſq. pilis. Piſtil. plumoſa, magnitudine totius fl.

13. *ſanguinale*. P. ſpicis digitatis, baſi interiore nodoſis; floſcul. geminis muticis; vaginis fol. punctatis. *Syſt.*

veg. ed. 14. *Fl. Dan. tab.* 388. *Schreb. gram. tab.* 16. *Burm. Ind. tab.* 10. f. 1. *Lecrf. herb. tab.* 2. f. 6.

Gramen &c. *Buxb. cent.* 5. *tab.* 65. *Scheuchz. gram. tab.* 2. f. 2. *Morif. hift.* 3. *f.* 8. *tab.* 3. f. 5. *Sloan. Jam. hift.* 1. *tab.* 170. f. 2.

In Americæ, Mediæ, & Europæ arvis ubique ☉.

Culm. baſi procumb. unc-ſemiped. Fol. longa, margine obſcure rubro, vaginis piloſis. Spicæ plurimæ, longæ, lineares; primæ verticill. ultimæ alternæ. Fl. pedunculati pedunculo uno longiore.

14. *dactylon*. P. ſpicis digitat. patentibus, baſi interiore villoſis: fl. ſolitar. ſarmentis repentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Monti ic.* 99. *bona. Scheuchz. gr. tab.* 2. f. 11.

Gramen &c. *Morif. hift.* 3. *f.* 8. *tab.* 3. f. 4.

In paſcuis, & agris paſſim ♃.

Stolones repentes, craſſi, ſolidi, ſquamoſi. Culm. pedal. rigidi. Fol. ima ſuperioribus breviora, villoſa, ſcabra, glauca. Spicæ terminal. linear. rigidæ, fuſco-rubræ. Fl. unilateral.

Jure merito Cl. Hall. ex hac planta, ſicuti ex conſimilib. ſpicis digitatis, Digitariæ genus conſtituit, propt. defectum tertiæ glumæ calycinæ.

15. *filiforme*. P. ſpicis ſubdigitat. adproximatis, erectis, linearibus, rachi flexuoſa, dentibus 2-fl. altero ſeſſili. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. obſ.* 3. *tab.* 70.

In Amer. Septentr.

Culm. pedal. ſubaphyl. filiform. ſuperne erecti, nudi. Fol. lanceol. Spica rara. Spicæ tenues, primum valde adproximatæ quaſi in unum, quamvis alternæ.

16. *lineare*. P. ſpicis digitat. ſubquaternis, linearibus; floſcul. ſolitar. ſecundis, muticis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 10. f. 2.

Gramen &c. *Sloan. hift.* 1. *tab.* 70. f. 3.

In Indiis.

Culmi proſtrati, ramoſi, læves. Spicul. rectæ, anguſtæ.

17. *diſtachyon*. P. ſpicis geminis, ſecundis, lævibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

In India Orient.

Culm. pedal. anguſtiores, ſubramoſi. Fol. brevia, graminea, margine ſcabra. Spicæ ſubæ-

qual. Fl. gemino ordine longitudinali ad rachin, ſeſſil. mutici, ovati, læves. Anth. flavæ. Piſtil. plumoſa, purpur. *Facies Paſpali diſtichi, ſed fol. lanceol. plana; nec ſetacea, involuta. Fl. acutiuſc. nec mutronati.*

18. *compoſitum.* P. ſpica compoſita: ſpicul. linearibus, ſecundis: floſc. geminis remotis; calycib. ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Zeylona.
Culm. repens, folioſ. aſſurgit filiform. tener, ſimpl. Fol. lanceol. reliquis latiora, breviora. Spicul. 4-5. alternæ, remotæ, rachi appreſſæ.

19. *elatius.* P. ſpica compoſita, ſpicul. oblong. ſparſis, adpreſſis: floſcul. conferris; calycibuſque mucronato-ariſtat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
In Malabaria ☉.
Simile priori. Culm. 6-ped. erectus, rigens. Fol. longa, graminea. Spica incurva, compoſita ſpicis pl. 12. & ultra, remotis, alternis, raro oppoſitis, in omni latere racheos.

** *Paniculata.*

20. *dichotomum.* P. panicul. ſimplicibus: culmo ramoſo, dichotomo. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia.
Statura refert arbuſculam inferne ſimplicem, ſuperne faſciculatam. Culm. vix pedal. Fol. linear. plana, glabra. Panicula minima.

21. *ramoſum.* P. panicula ramis ſimplicibus; fl. ſubternis; inferiore ſubſeſſili: culmo ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Indiis.
Culmi pedal. erecti, læves, articulis baſi craſſiuſcul. geniculat. Fol. vaginis lævibus ſtriatis, margine, fauceq. ciliata. Panicula ramis triquetris.

22. *coloratum.* P. panicula patente; ſtaminib. piſtilliſq. coloratis: culmo ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cairi ♃.
Culm. 2-pedal. valde ramoſi, læves, vaginis fol. piloſis, demum ſcabris. Panicula laxiuſcula, ramis filiformibus. Anth. croceæ & piſtil. ſature violac. quibus a P. capillari, reliquiſque mox diſtinguitur. Fol. brevia, linear. laxa.

23. *repens.* P. panicula virgata; fol. divaricatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Hiſpania? ♃.

Simil. priori. Culmi repentes, adſcendent. pedal. Fol. inferne latiora, vaginantia, patentiſſ. mucronata, vaginis ſubpubeſcentibus: ſuper. fol. longiora, anguſtiora, erecta. Panicula conſtans 6-8. racemis erectis, quibus fl. alterni, remotiuſc. ovati.

24. *miliaceum*. P. panicula laxa, flaccida: fol. vaginis hirtis: glumis mucronatis, nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *b.* P. ſem. nigro. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 5. f. 2. *In India*.

Culm. radicans, ramoſus. Fol. graminea, vaginis pubeſcentibus. Panicula nutans. Sem. luteum, album, vel nigrum.

25. *capillare*. P. panicula capillari, erecta, patente; fol. vaginis hirſutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 72. f. 3. *In Virginia, Jamaica* ☉.

Simil. Poæ capillari, ſed totum hirſutum. Culm. 3-ped. geniculis barbatis, ſed barba ſurſum verſa. Pili in ipſis foliis, etiam e punctis elevatis proficiſcuntur. Panicula pluſquam pedal. pedunc. pedicelliſq. ſtrictis.

26. *groſſarium*. P. panicula ramis ſimplicibus: fl. geminis; pedicello altero breviſſ. altero longitudine floris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 11. f. 1. *In Jamaica*.

Culm. 2-pedal. compreſſus, quandoque ramoſus. Fol. lato-lanceol. Graminibus europæis latiora. Racemi erecti, alterni.

27. *latifolium*. P. panicula racemis lateralibus ſimplicibus: fol. ovat-lanceol. collo piloſis. *Syſt. veg. ed.* 14. Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 5. f. 4. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 71. f. 3. *In America*.

Fol. latitudine Commelinæ, ad fauces amplexicaulia, baſi piloſa. Panic. vakle mediocris. Fl. maiuſc. mutici.

28. *clandeſtinum*. P. racemis occultatis intra fol. vaginas. *Syſt. veg. ed.* 14. Gramen &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 80. *In Jamaica, Penſylvania* ♃.

Culmi dichotomi, ramoſi. Fol. ovat-lanc. vaginis punctatis piloſis. *Adſine priori*.

29. *arborescens*. P. paniculatum, ramoſiſſ. fol. ovat-obl. acuminat. *Syſt. veg. ed.* 14. *In India* ♃.

Altitudine certat cum altiſſimis arborib. Culm. vix penna anſerina latior. Panicula laxa, ſparſa. Sem. alba.

30. *curvatum*. P. panicula racemoſa, glumis curvatis, obtuſis, nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India Orient.
Culm. filiform. læves. Fol. lanceol. lævia, ſubtus 5-nervia, margine ſcabra, vaginis profunde ſtriatis. Panic. erecta, anguſta. Calyc. fructeſcent. triplo ma: purpuraſc. Cor. calyce dimidio brevior, membranac.

31. *virgatum*. P. panicula virgata; glumis acuminat. lævibus, extima dehiſcente. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia.
Gramen altiſſim. panicula maxima, diffuſa. Fol. Arundinacea. Spicul. capillaceæ, virides. Glumæ ſtramineo-fuſcæ, acutæ, ſed muticæ.

32. *patens*. P. panicula oblong. flexuoſa, capillari, patente; calycibus 2-fl. fol. lineari-lanc. culmo radicante. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 10. f. 3. Hippogroſtis &c. *Rumph. amb. 6. tab.* 5. f. 3.
In India, Luſitania.
Culm. geniculati, glabri. Spicæ complanatæ, virides; vetuſtiores fuſco-purpur.

33. *breviſolium*. P. paniculatum, fol. vaginis longitudinaliter ciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 72. f. 3. *Pluk. alm. tab.* 189. f. 4.
In India.
Fructificatio ſimil. P. patenti. Var. fol. anguſtis, & lanceol. Culmi 1-2-pedal. repentes, inferne ſæpe ramoſi. Fol. amplexicaul. ovat-acumin. lata, lævia. Panicula tenuiſſ. e peduncul. capillaribus conflata.

34. *divaricatum*. P. paniculis brevibus, muticis: culmo ramoſiſſ. divaricatiſſ. pedicel. 2-fl. altero breviore. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Jamaica.
Culm. altus, filiform. rigidus. Fol. lineari-lanc. Panicula ſubſimpl. depauperata.

Oryzoides. P. ſpica compoſita nutante: ſpicul. ſecundis, ariſtatis, rachi 3-gona. *Arduin. Spec.* 2. *tab.* 5.
Non eſt var. P. crus galli. Radix annua. Culm. ſeſqui-2. pedal. geniculati, ferruginei, inferne vaginis fol. ſpitham. veſtiti. Fol. glabra, mar-

gine aſpero, læviſſime ſtriata, dilute viridia. Spica 3-unc. ſubpurpur. ſpiculæ ſubſeſſil. uncial. ariſtatæ. Sem. cinereum, lucidum.

ſulcatum. P. latifolium, fol. lyratis. *Aubl. Guian. Plum. MSS. tab.* 105.
In Guiana.

maculatum. P. ſcandens; caule arundinaceo. *Aubl. Guian. Plum. MSS. tab.* 82.
In Guiana.

compreſſum. P. ſpicis digitatis, ſecundis, compreſſis; ſpicul. ſolitar. bifariam imbricatis. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Culm. diffuſ. vix pedal. ramoſus, compreſſus. Fol. vaginæ compreſſæ, glabræ. Fol. linear-lanceol. plana, margine ciliato-ſcabro, baſi piloſa. Spicæ ternæ, ſeſquipollic. Spiculæ lanceol. valde compreſſæ.

geminatum. P. ſpicis linearibus, alternis, adpreſſis: ſpicul. bifariam imbricatis, muticis. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Culm. pedal. teres. Spicæ, & ſpicul. ſeſſil: quæ alternæ, remotæ. Fol. plana, nuda, ſtriata, barbata ad baſin.

turgidum. P. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Frutex facie Junci. Fol. ſeſquipollic. plana, involuta: vaginæ longæ, ad dichotomias ventricoſæ, membranæ albæ. Spicul. obeſæ.

tetraſtichon. P. ſpicis alternis, ſecundis, 4-fariam imbricatis; floſcul. ſecundis, hinc planis, inde gibboſis, villoſis, muticis. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Culm. pedal. compreſſus, ramoſus, ſtriatus. Fol. plana, glabra. Spicæ ſeſſil. dum florent patentes; cæterum adpreſſæ, lineares.

adpreſſum. P. caul. ramoſo; antheris purpuraſc. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Culm. longe repens in arenæ ſuperficie.

muticum. P. ſpicis alternis, ſecundis; ſpicul. remotis, geminatis, muticis, altera pedicellata: rachi 3-gona, flexuoſa. *Forſk. Æg.*
In Arabia.
Simil. P. coloni.

adhærens. P. *Forſk. Æg.*
In Arabia.

Involuc. ſetacea, retrorſum aculeata. Fl. aculei arcte veſtibus adhærent.

Caffrorum. P. panicula verticillatim ramoſa: cor. nullis: nectariis villoſo-laceris. *Retz. Obſ. faſc.* 2.

Facies Holci. Cal. Panici inverſus. Radix annua, fibroſa. Culm. erect. 3-4-ped. farctus, tectus vaginis fol. geniculis tumidis. Folia ſeſquipedal. patentia, ſeſqui-pollic. lata, ſubſecunda, glabra, margine ſcabra. Vaginæ non raro farina alba conſperſæ. Panicula ramis patentibus, multifl. Cal. ex albido-hyalinus, cartilagin. hirſutus, rigidus, triglumis.

Ægyptiacum. P. *Retz. Obſ. faſc.* 3.

In Ægypto ☉.

Simile P. filiformi, at diſtinctum a Cl. Juſſieu. Culm. 1-2-ped. vaginis longe, & denſe piloſis. Fol. 5-7. longa, linearia, utrimq. piloſa. Spicæ ſubdigitatæ, longæ, lineares, 4-5. Rachis plana, membranacea, flexuoſa: huic ab uno latere alterni adſident floſculi bini, pedicellat. altero pedicello triplo longiore. Flor. lanceol. ſtriati, valvula acceſſoria minuta.

Italicum. P. ſpicis alternis, ſeſſilibus, ſecundis. *Retz. Obſ. faſc.* 3. *Pluk. phyt. tab.* 417. f. 7.

Gramen pulcherrimum, lævе, glabrum. Culm. compreſſus, folioſus. Fol. linearia. Rachis extus plana, intus, vel. a latere ſpicularum carinata, marginata. Spicul. erectiuſc. decreſcentes. Fl. alterni, ſeſſil. imbricati, ſecundi. Cal. ovat-acutus, valvula acceſſoria parva, rotundata.

Niſi in P. brizoide monuiſſe Lin. ſpicas interſtitiorum longitudinem habere, & floſc. triplici ordine ſeſſiles eſſe, effit illud ipſum.

indicum. P. ſpica ſimpl. nuda; pedicell. geminis: culmo adſcendente, baſi ramoſo. *Retz. Obſ. faſc.* 3. *P. indicum. Lin. mant. non conglomeratum mant. in noſtro nec ſpica ſecunda, nec floſc. obtuſi.*

Gramen ſemiped. filiform. Spica vix ſemipoll. involucellis nullis. Valvul. cal. interior. ſubæqual. cymbiform. acutæ, leviter hiſpidæ; acceſſoria obtuſa, minuta.

trigonum. P. panicula erecta; pedunc. 2-fl. calycibus obtuſis, hiſpidis, 2-fl: ſeminibus, trigonis. *Retz. Obſ. faſc.* 3.

P. patens (non Linn.) *Burm. Ind. tab.* 10. f. 2.
Culmi proſtrati, radicantes, ſpitham. folioſi. Fol. anguſta, glabra. Panicula parva, ſtricta, pedunculis rarius parum flexuoſis. Glumæ calycinæ inæquales.

flexuoſum. P. panicula capillari, patente; pedunc. flexuoſis; calicibus ovatis, geniculorum barba reflexa. *Retz. Obſ. faſc.* 3.
Cum P. capillari confunditur. Gramen ſubped. Culm. decumbent. ramoſi, leviter piloſi. Fol. 2-pollic. anguſta, piloſa, ſicuti vaginæ, ſed nulla puncta calloſa. Panic. vix 3-pollic. ovata. *Var. glabra.*

ſetigerum. P. ſpicis remotis: floſculis ſecundis; racheos dentibus ſetigeris. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
P. *repens Burm. Ind. tab.* 11. f. 1.
In China.
Culmi filiform. ramoſi, folioſi. Fol. 2-pollic. ſubcordata, marginibus vaginarum ciliatis. Spicæ infer. remotæ; ſuperior. ſæpe verticillatæ, breves. Fl. geminati. Cal. ovatus, acutus, valvula acceſſoria brevi, lata.

flavidum. P. culmo folioſo: ſpiculis remotis, ſeſſilibus, appreſſis, ſecundis, paucifl. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Zeylona.
Culm. 2-pollic-ſemiped. pl. erecti. Rachis elongata. Spicul. 3-7 breves. Fl. globoſi, alterni, ſecundi, flavi. Cal. glumæ omnes apice violac.

ſquarroſum. P. ſpicis geminis, horizontalibus: involucr. fl. ſquarroſis: culm. decumbentibus. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In arenoſis Malabariæ.
Structura adeo ſingularis, ut proprium videatur conſtituere genus. Culm. radicantes, ramoſi, folioſi. Fol. conferta, brevia, cum vaginis tomentoſa. Pedunc. erectus, elongatus, nudus. Spicæ divergentes, ſecundæ, ſquarroſæ. Ad articulos fl. faſciculati, bracteis difformibus. Fl. terminales ſteriles. *Facies nonnihil Cenchri.*

umbroſum. P. ſpicis ſubquaternis, remotis; floſcul. geminis, inæqualiter pedicellatis: culmo repente, flaccido. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In umbroſis Indiæ Orient.

Caul. pedal. filiform. radicantes, folioſi. Fol. brevia, lineari-lanceol. nuda. Floſculi ſecundi, ſubbinati, ovati, acuti. Cal. viridi-ſtriatus, hinc convexus, inde planus, valvul. acceſſoria brevi, albida. Sem. album, a latere planiori marginatum. . . .

ciliare, P. ſpicis ſubdigitatis, adproximatis, erectis, linearibus; rachi flexuoſa: dentibus 2-fl. calycibus ciliatis, *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In China.

Simillim. P. filiformi, ut facile confundantur. Gramen ſeſquiped. baſi ramoſum. *Gramen hoc = Panic. Ægyptium Faſc.* 3. = P. *filiforme* = P. *ſanguinale videntur tot variet.*

iſchæmoides, P. panicula erecta, contracta; calycibus 2-fl. polygamis, acutis: culmo ſimplici: fol. diſtichis, rigidis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Malabariæ udis ad margines ſtagnorum.

Proceritate reliqua Panica excedit. Gramen totum exalbidum. Culm. erecti, folioſi. Fol. patentia, vaginis tomentoſis. Fl. plerumque binati, altero pedicellato. Sem. ovatum, planiuſcul.

antidotale, P. panicula nutante; calycibus biſloris, polygamis, acutis; culmo erecto, ramoſiſſ. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In hortis Malabarorum ♃.

Rad. ſtolonifera. Culm. 8-ped. & ultra. Fol. margine, & nervis maioribus aſpera, vaginis barbatis. Panicul. pedal. ramoſiſſ. Floſculi copioſi, virides.

Nigri hoc utuntur præcipue ad ulcera Naſi; etiam ut diſcutiens in aliis caſibus vel tritum, vel in cataplaſmate.

remotum, P. paniculæ ramis triquetris: floſcul. ſubgeminatis; altero pedicellato: culmo ramoſo, tetragono-compreſſo. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Tranquebaria.

Culmi 2-ped. & ultra. Fol. linear. 4-6-pollic. nuda. Paniculæ rami ſuboctoni, capillar. remoti, ſolitar. Floſcul. remoti. Cal. albidus. Sem. ovatum, planiuſcul. album.

ariſtatum, P. culmo repente, radicante: paniculæ ramis indiviſis: floſcul. plerumq. binis, ſeſſilibus, ariſtatis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In China.

Culm. ramoſus. Fol. brevia, lanceol. nuda, vaginis ciliatis. Panicula ſtricta. Involucra ſetacea, alba, numero variantia.

muricatum. P. panicula patente: fl. ſolitar. muricatis: culmo radicante, adſcendente. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

Habitat . . .

Culm. ſeſquiped. filiformis. Fol. brevia, perfecte lanceol. pilis albis, ſparſis. Panicula ramis brevibus. Fl. parvi, obliqui. Cor. obliqua, glaberrima.

notatum. P. panicula patente: axillis notatis: fol. lanceol. ciliatis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Sumatra.

Culm. altus, tenuis, geniculis nigris. Fol. 5 pollic. longa, & ¼ lata, leviſſime piloſa, margine ciliata; vaginis ore barbatis. Panicula fere pedal. in axillis nigro-notata. Cal. glumæ 2. interior. purpuraſcent; acceſſoria albida.

radicans. P. paniculatum: culm. ramoſo, radicante: folior. baſi, vaginiſq. longitudinaliter ciliatis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

Ad Cantos lectum,

Simil. P. trigyno Faſc. 3. *Vix ſub var. anguſtifolia P. brevifolii intellexis Lin.*

Gramen pedal. tenue, glabrum. Culm. uſq. ad paniculam foliosus. Fol. lineari-lanceol. ſeſquipollic. Panicul. 2-pollic. erecta, tenuis. Fl. parvi, pedunculat. obliqui, purpur. nudi.

94. PHLEUM. Calyc. glumæ cuſpidatæ, & intus truncatæ. Cor. incluſa.

1. *pratenſe*. P. ſpica cylindrica, longiſſ. ciliata: culmo erecto. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 14. *Leerſ. herborn. tab.* 3. f. 1.

Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 4. f. 1.

In Europæ verſuris, & pratis ♃.

Culm. 1-2-pedal. 4-7 nodis. Radix bulboſæ ſimilis. Spica denſiſſ. mollis, viſcoſcens; matura albicans. Spiculæ compreſſæ. *P. pratenſe, nodoſum, & alpinum ſunt valde ſimil.*

2. *alpinum*. P. ſpica ovato-cylindracea. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 213. *Scheuchz. gram. tab.* 3.

In alpibus Lapponicis, Helveticis &c. ♃.

Differt a congeneribus ſpica nigricante. Culm. pedal. Fol. glabra. Spica 1-2-unc. iunior bre-

vissima; adulta longior. Glumæ villosæ, aristatæ.

3. *nodosum*. P. spica cylindrica: culmo adscendente: fol. obliquis: rad. bulbosa. *Syst. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 380. *Leers, herborn. tab.* 3. f 2.
Gramen &c. *Barr. ic.* 53. *Morif. hist.* 3. *s.* 8. *tab.* 4. f. 3. *Petiv. gram. tab.* 3. f. 1.
In Europa, in pascuis, & ad vias in montanis 4.
Simil. P. pratensi, sed radix bulbosa. Culm. non rectus, sed adscendens. Fol. bifaria, obliqua, lævia, exceptis marginib. scabris. Spica glabra, modo brevis, modo longior; antheræ albæ.
In solo pingui plantatum subsequenti anno in P. pratense transiit. Leers.

4. *arenarium*. P. spica ovata, ciliata: culmo ramoso. *Syst. veg. ed.* 14. *Pluk. alm. tab.* 33. f. 8.
In Europæ locis arenosis ⊙.
Culm. digital. Spica uncial. turgida, vix e vagina fol. exiens.

5. *schoenoides*. P. spicis ovatis, obvolutis; fol. breviss. amplexicaulibus, mucronatis. *Syst. veg. ed.* 14.
In Italia, Hispania, Smyrnæ ⊙.
Habitus Schoeni asuleati.

---

alopecuroides. P. *Piller. It. Sclavon. tab.* 16.
In Sclavonia.
Rad. fibrosa. Culm. pl. conferti, adscendentes, pedal. Fol. brevia, acumin. tenuia. Spic. cylindricæ, tenues, cœrulescent. Calyc. glumæ acut. muticæ, subvillosæ. Cor. 2-valv. Anth. sordide albæ.
Gramen habitu Alopecurum refert, totumque e viridi-purpurasc.

viride. P. spica cylindrica, lævi: culmo erecto. *All. Fl. Ped.*
Ad sepes agrorum locis sterilibus ⊙.
Differt a P. pratense spica viridi, dimidio breviore, lævi, constanter non ciliata. A P. nodoso rad. non bulbosa, fol. non obliquis.

Gerardi. P. spica subrotunda; glumis ciliatis: caule simplici: folior. vaginis ventricosis. *Ger. Gallo-prov. All. Fl. Ped.*
P. *capitatum. Scop. Fl. Carn.*
In summis alpium pratis 4.

Michelii. P. ſpicis paniculatis, hirſutis; calycibus lanceolat. *Hall. helv. n.* 1532. *All. Fl. Ped.*
Gramen &c. *Barr. ic.* 21. f. 2.
In paſcuis montanis, & locis ſiccis ♃.
Spica longa, cylindrica, flaveſcens, locuſtis piloſis.

geniculatum. P. culmo geniculato: ſpica ſubovata; glumis ciliatis. *Bellardi in liter.*
In Pedemontio ♃.
Culm. palmar. 3-4-nodis.

capitatum. P. *Scop. Fl. Carn.*
In montibus.
Ceſpitoſa planta. Culm. digito vix longior, nudus. Spica ſubrotunda, 3. lineas vix longa.

autumnale. P. *Scop. Fl. Carn.*
In Carniola.
Simil. P. cæruleo Scheuchz. ſed differt cal. 3-fl. & folliculorum fabrica diverſa.

95. ALOPECURUS. Gluma corollæ, ſive folliculi 1-valvis.

1. *indicus*. A. ſpica tereti; involucel. ſetaceis, faſciculatis, 2-fl. peduncul. villoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 92. f. 5.
In India Orient.
Statura Panici Italici, totus villoſus. Fol. latitudine digiti, utrimq. piloſa, etiam vaginis. Spica magnitudine digiti, compreſſa. Sem. nigro-ſplendentia.

2. *bulboſus*. A. culmo erecto: ſpica cylindrica: rad. bulboſa. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Raii Angl. tab.* 20. f. 2. *Barr. ic.* 699. f. 1. & 680. f. 1. 2.
In Galliæ, & Angliæ &c. pratis ♃.
Bulbi 3-4. Culm. ſeſquiped. Fol. anguſta, plana. *Variat magnitudine culmi, & craſſitie ſpicæ.*

3. *pratenſis*. A. culmo ſpicato, erecto: glumis villoſis: cor. muticis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 19. f. 1. *Stillingfl. miſc. tab.* 2. *Leerſ. herb. tab.* 2. f. 4.
Gramen &c. *Barr. ic.* 123. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 4. f. 8.
In Europæ pratis ♃.
Simil. ſequenti, ſed differt ſpica breviore; & ariſta cor. valvulis ſubæquali. Culm. cubital. totus cum fol. hirſutus, & mollis. Fol. lata, glauca. Panic. in denſam ovalem ſpicam collecta.

lecta. Pedunc. breves, ramoſi. Cal. glabri. Locuſtæ compreſſæ, villoſæ, ex viridi-albæ; ariſtæ recurvæ.

4. *agreſtis*. A. culmo erecto, ſpicato: glumis lævibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 697. *Leerſ. herb. tab.* 2. f. 5. *Schreb. gram. tab.* 19. f. 2.
Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 4. f. 12. *Barr. ic.* 699. f. 2.
Phleum flavum. *Scop. Fl. Carn.*
In Europa auſtrali, ad limites agrorum ☉.
Differt a priore ſpica longiore, tenuiore, ſpicul. laxioribus, glabris; fol. anguſtioribus, & radice annua. Culm. erect. cubital. Fol. glabra, retroverſu aſpera. Spica 3-unc. laxa, viridis, atro-purpurea, aut incana.

5. *geniculatus*. A. culmo ſpicato, infracto: cor. muticis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 564. *Leers. herb. tab.* 2. f. 7.
Gramen &c. *Lob. ic.* 13. *Moriſ. hiſt.* 3. *tab.* 4. f. 15.
In lacubus natans eſt.
In Europæ uliginoſis, ſecus flumina, & foſſas. ♃.
Structura prioris: an varietas? Culm. 1-ſeſquiped. inferne procumb. geniculatus. Fol. glabra. Spica 1-2-unc. cylindrica, denſa, gracilis, glabra. Pedunc. ramoſi.

6. *hordeiformis*. A. racemo ſimpl. floſcul. ariſtis circumvallatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 9.
Panicum &c. *Pluk. alm. tab.* 114. f. 1.
Spectat ad Panici genus. Thumb. Jap.
Habitus omnino Hordei murini. Culm. pedal. Fol. linear. culmo ſæpius longiora, plano-canalicul. nervoſa. Spica longa, ſpitham. racemoſa, diſticha, vel ſubſecunda. Fl. numeroſi, pedicellis breviſſ. ſimplicibus.

7. *monſpelienſis*. A. panicula ſubſpicata; calyc. ſcabris, cor. ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Phleum crinitum. *Schreb. gram. tab.* 20. f. 3. *cum A. panicea coniungit.*
Gramen &c. *Barr. ic.* 115, f. 2. *Moriſ. hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 4. f. 3.
In locis humentibus ☉.
Simil. ſequenti, ſed triplo maj. Culm. 1-2-cubital. geniculat. rigidus, ſicuti & fol. Panic. 5-unc. habitior, ſpicata, caudata, ſericea. Spi-

cul. arctæ. Sub cal. eſt tuberculum. Cor. breviſſima.

8. *paniceus*, A. panicula ſubſpicata: glumis villoſis: cor. ariſtat, *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 801. Gramen &c. *Barr. ic.* 115. f. 1. *In cultis aridis, & paſcuis declivibus* ⊙. *Simil. priori, ſed palmar. molliſ.*

---

typhoides, A. racemo ſimpl. floſcul. muticis. *Burm. Ind.* Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 32. f. 4. *In Indiis utriſque.*

ciliatus, A. culmo ſpicato, erecto; glumis ciliatis. *Ger. Gallo-prov. Fl. Ped.* *In pratis elatioribus* ⊙.

litoreus, A. *Fl. Ped.* An Gramen typhinum &c. *Barr. ic.* 717. *Ad litora maris* ⊙.

96. MILIUM. Cal. 2-valv. 1 fl. valvul. ſubæqualibus. Cor. breviſſ. Stigmata penicilliform.

1. *capenſe*, M. panicula capillari: calycibus acuminatis: cor. ariſta terminali curva. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ad cap. b. Spei.* Culmi palm. teneriores, læves. Fol. anguſta, ſubtus ſparſe piloſa, fauce barbata. Panic. undique diſperſa.

2. *punctatum*, M. paniculæ ramis ſimpliciſſ. fl. alternis, geminis, ſecundis. *Syſt. veg. ed.* 14. *In Jamaica.* Panicul. rami erecti, ſubvilloſi. Pedicel. breviſſ. baſi anulo fuſco cincti, altero breviſſ. Cal. pubeſc. Sem. glaberrima.

3. *lendigerum*, M. panicula ſubſpicata: fl. ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 23. f. 3. Agroſtis &c. *Gouan. hort. tab.* 1. Gramen &c. *Moriſ.* 3. ſ. 8. *tab.* 3. f. 12. *Pluk. alm. tab.* 33. f. 6. *Monſpelii &c.* ⊙. Radix fibroſa. Culm. aciculæ ma: craſſitiem adæquans, pedal. & ultra, erectus. Fol. anguſta, ſubulata. Articuli vix pollic. a ſe invicem diſtantes, excepto ſupremo. Panicul. coarctata, vireſcens, vel argentea, vel matura rufeſcens, ſeſquipollic. longa: calyc. inferne ventricoſi; valvula una brevis, altera longior, acuminat. Sem. minimum villoſum, in infima parte cal. latens.

4. *cimicinum*. M. racemis digitatis; calycum valvula exter. ciliata. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Malabaria.
Culm. pedal. erecti, ſeu adſcendent. læves. Fol. lanceol. ciliata, lævia, vaginis adſperſis raris pilis, culmum inferne includentibus. Pedunc. longus, racemis quaternis, ſimplicibus, laxis, ſecundis. Fl. alterni.
Flos totus decidit cum ſemine, quod mediantibus ciliis refert veluti cimicem.

5. *effuſum*. M. fl. paniculatis, diſperſis, muticis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leers. herb. tab.* 8. f. 7.
Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 5. f. 10. *bene*.
In Europæ nemoribus umbroſis 4.
Odor foliorum Meliſſæ. Culm. 3-pedal. Fol. margine denticulata. Panicula ramoſo-diffuſa, laxa. Rami verticill. flexuoſi, longe nudi. Sem. longiuſc. e viridi-albicant. lucida.

6. *confertum*. M. fl. paniculatis, confertis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Helvetiæ ſylvis 4.
Prioris varietas.

7. *paradoxum*. M. fl. paniculat. ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 23. f. 2. *Scop. Fl. Carn. tab.* 1.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 32. f. 2.
In Gallia, Carniola, & agro Nicæenſi, ad rupes mari proximas ♂.
Gramen ſeſquiped. Fol. ſemiped. lineas 4-5. lata, baſi rubella. Panic. ſpitham. laxa, alba. Cal. laxus. Sem. nudum, ovatum, apice ariſta caduca, nigrum, nitidum.

8. *globoſum*. M. panicula diffuſa; glumis muticis; pedicellis cingulo luteo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia.
Culm. pedal. & ultra, erect. ſimplex. Fol. vix digital. vaginis, fauce, & marginibus ciliatis, lanceol. patula, marginata, ſtriata, glabra. Panic. ſubovata.

97. AGROSTIS. Glumæ calycis, & folliculi acuminatæ, aut etiam ariſtatæ; ſed glumæ folliculi calycinis glumis longiores. *Flores diſtantes*.

* *Ariſtatæ*.

1. *ſpica venti*. A petalo exteriore ariſta recta, ſtricta, longiſſ: panicula patula. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan.* 853. *Leerſ. herb. tab.* 4. f. 1.

Gramen &c. *Sheuchz. gram. tab.* 3. f. 10.
Monti gram. tab. 63.
In Europa inter ſegetes ⊙.
Culm. cubital. genicul. atro-purpur. Panic. magna, pedal. deflorata patentiſſ. vireſcens, aut rubens.

2. ***interrupta***. A. petalo exter. ariſtato, panicula attenuata, coarctata, interrupta. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Vaill. tab.* 71. f. 4.
In Europa ⊙.
Var. Agroſtid. Spicæ venti. Hall. Culm. 3. pedal. Fol. lata, retroverſa aſpera. Panic. maxima, etiam pedal. multiflora, ſæpe nutans; iunior viridis, matura violac. Cal. ſplendens.

3. ***miliacea***. A. petalo exteriore ariſta terminali, recta, ſtriata, mediocri. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Hiſpania, Monſpelii &c. ♃.
Simil. A. Spicæ venti, ſed ariſta floſcul. longitudine tantum æqualis. Culm. pl. 3-ped. Fol. 1-ſeſquiped. 3. lineas lata. Panic. minus ampla, ramis ſemiverticillatis.
Cultura etiam diverſiſſima perſiſtit.

4. ***bromoides***. A. panicula ſimpl. anguſtata; cor. pubeſcente; ariſta recta calyce longiore. *Syſt. veg. ed.* 14. *Gouan. Illuſtr.* 3. *tab.* 1. f. 3.
Monſpelii. ♃.
Culm. ſeſquiped. erecti, rigidi, læves. Fol. anguſtiſſ. ſubfiliform. canalicul. lævia. Cor. ſemen veſtiens.

5. ***auſtralis***. A. panicula ſubſpicata: ſeminibus ovat. pubeſcentibus, ariſta longitudine calyc. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Luſitania.
Culm. 3-ped. articulati, folioſi, læves. Simil. ſequenti, ſed panicula magis ſpicata; ſem. non baſi hirſuta, ſed undique pubeſcent. Cal. apice fere ſetacei. Fol. latiora, planiora. Culm. pl. geniculati.

6. ***arundinacea***. A. panicula oblonga; petalo exter. baſi villoſo; ariſtaq. torta cal. longiore. *Syſt. veg. ed.* 14.
Arundo agroſtis. *Scop. Fl. Carn. All. Fl. Ped.*
In Europæ montibus ſilvoſis &c. ♃.
Culm. 4-ped. Fol. Arundinac. lata, dura. Panic. plerumque ſpicæform. contracta, quandoq. laxa, ultra ſemipedem longa, flavicans.

Pertinet ad Arundinis genus. Scopoli.

7. *calamagroſtis.* A. panicula incraſſata; petalo exter. toto lanato, apice ariſtato: culm. ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Scheuz. gram. tab.* 3. f. 11. *optima.*
In alpibus Helvetiæ, Veronæ, & in Germania ♃.
Simil. priori, ſed cor. tota valde hirſuta: ariſta recta non e baſi, ſed apice petali.
Culm. 2-pedal. ramoſi. Panicula ſemiped. denſa, e viridi argentea, ſplendens.

8. *ſerotina.* A. panicula floſculis oblong: mucronat. culm. obtecto fol. breviſſim. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Segu. ver.* 3. *tab.* 3. f. 2.
In Veronæ, Pedemontii paſcuis, & collibus ♃.
Culm. ped. adſcendent. Fol. vix articulis longiora, patentia. Paniculæ rami alterni, ſubramoſi. Fl. pleriq. ſeſſil. Gluma petaloidea lanceol. arundinacea. Piſtil. purpur.

9. *rubra.* A. paniculæ parte florente patentiſſ. petalo exter. glabro; ariſta terminali tortili, recurva. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Anglia, Svecia, Pedemontio. ♃.
Culm. pl. 6-7. dodrant. raro pedal. Fol. brevia, latiuſcula, pallide virentia, tactu aſpera. Panic. 3-4 unc. verticil. nondum florentibus contractis quaſi in ſpicam: deflorata tota rubeſcit.

10. *ſpiciformis.* A. panic. ſpiciformi; floſculis 2-ariſtat: ariſta altera receptaculo inſerta, geniculata, longiori; altera infra apicem cor. recta; cor. hirtis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Teneriffa.
Gramen dodrant. erect. glaberrim. culmis ſimplicibus. Panicul. coarctata. Calyc. magni, ovati, compreſſi, glaberrimi, margine membranac. Gluma exterior. ma. Nectarium intra cor. breve, genitalia amplectens.

11. *hirſuta.* A. panicula ſubſpicata: caul. foliiſq. hirſutis: corollinis glumis dorſo ariſtatis, apice 2-fidis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Teneriffa.
Hirſutie ſua facile diſtinguitur. Panicula refert Alopecurum paniceum.

12. *Matrella.* A. fl. racemoſis; cal. valvula exteriore incurva, carinæ apice tantum dehiſcente. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Malabaria arenoſis.

Radix repens, ſquamoſa. Culmi ramoſi, inferne decumbent.; dein erecti, palmar. vaginis geniculo obtegentibus. Fol. diſtantia, ſubulata, bifaria, involuta, patentia, vaginis intra proximas receptis. Racemus ſimpliciſſ. fere ſpicatus, erectus, flexuoſus. Fl. ſæpe 10 ſubſeſſil: erecti, glaberrimi.

13. *canina*. A. calycibus elongatis, petalorum ariſta dorſali recurva; culm. proſtratis, ſubramoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 4. f. 2. *Fl. Dan. tab.* 561.

Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 3. f. 9.

In Europæ paſcuis humidiuſculis 4.

Culm. ſeſqui-2-ped. Foliorum cæſpes anguſtiſſim. & veluti capillaceorum, e viridi-glaucorum. Panic. ſæpius elongata, ramulis coarctata, purpuraſc. Ariſta ſetacea, alba, floſculo duplo longiore, recta, medio notata, geniculo fuſco.

14. *cruciata*. A. ſpicis quaternis, cruciatis, baſi glabris: valvul. petaloideis, ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 69. f. 1.

In Jamaica.

15. *radiata*. A. ſpicis ſubquinis crucjatis, baſi villoſis; valvul. petaloideis, ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 68. f. 3.

Simil. priori, ſed triplo major.

** *Muticæ*.

16. *ſtoloniſera*. A. paniculæ ramis patentibus, muticis; culmo repente; calycibus æqualibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 564.

In Europa, ad vias locis ſterilibus & ſabuloſis 4.

Culm. cubital primum. proſtrati, dein erecti. Fol. glabra. Panic. iunior contracta, dein expanſa, plerumq. ſpadicea, quandoq. ſpadiceo-virid. aut rubens.

17. *capillaris*. A. panicula capillari, patente; calycibus ſubulatis, æqualibus, hiſpidiuſc. coloratis; floſcul. muticis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Stillin. ſt. miſc. tab.* 3. *Fl. Dan. tab.* 163. *Leerſ. herb. tab.* 4. f. 3.

Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 3. f. 5. *B. Monti ic.* 64.

In Europæ pratis humidis montanis ☉.

Culmi 1-3-ped. Fol. linearia. Panicula vere capillaris, pedicellis tenuiſſimis, mutica; iunior

contracta, matura expansa, pedicellis ramosis, ut in priore, per intervalla verticillatis. Calyc. glumæ per ætatem non hispidæ, spadiceæ, marginibus albis.

Convenit cum A. alba. Plantæ color primum viridis, dein purpur. tandem pallens.

18. *sylvatica*. A panicula coarctata, mutica, calycibus, æqualibus, virgineis cor. brevioribus, fœcundatis duplo longioribus. *Syst. veg. ed.* 14.

In Angliæ sylvis humosis &c.

Convenit cum A. stolonifera, & capillari. Panicula patens spadicea.

19. *alba*. A panicula laxa; calycibus muticis, æqualibus: culmo repente. *Syst. veg. ed.* 14.

In Europæ nemoribus montanis ♃.

Var. prioris maior. Culm. 1-3.-ped. quandoq. erecti. Panic. modo spicata, modo divergens, e viridi-purpurasc. Cal. glumæ virid. anth. violac.

20. *pumila*. A. panicula secunda, mutica: culm. erectis, fasciculat. *Syst. veg. ed.* 14.

In Europa ♃.

Radix multiplex. Culm. 2-pollic. læves. Fol. vagina striata, disco subinvoluta. Panic. per ætatem patentiss. Fl. colorati. Sem. maiusc.

Differt ab A. stolonifera, cum qua promiscue crescit, quod dimidio min., panicul. minus erecta, parumq. secunda; magis cespitosa: pedicel. minus undulati, horsum versum tamen flexi.

21. *minima*. A. panicula filiformi. *Syst. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Moris. hist.* 3. s. 8. *tab.* 2. f. 10.

In Germania, Gallia, & agro Nicæensi ⊙.

Planta vernalis vix pollic. purpurasc. Culmi in cespitem filifor. dispositi. Fol. canalicul. Spica unilateral. purpur. quandoq. viridis.

22. *tenacissima*. A. panicula contracta, filiform. fl. muticis, linearibus; valvul. paralell. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In India Or. ♃.

Radix cespitosa, dura. Culm. pl. semipedal. angustiss. tenaciss. articulati, glaberr. Fol. graminea. Fl. adpressi. Cal. 2-valv. valvul. linearibus, distantibus, longitudine fl. Cor. 2-valv. linear. Germ. ovatum, cor. dicendum, sed valde clausum.

23. *virginica*. A. panicula contracta, mutica: fol. involuto-ſubulat. rigidis exſtantibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia.
Agroſtis Virgin. Forsk. Æg. & A. pungens. Schreb. gram. tab. 28. f. 1. *quæ, monente Cl. Vahl, eſt eadem planta, differt panic. ſpicata, unde ſpecie differt.*

24. *mexicana*. A. panicula oblong. congeſta, calyc. corolliſque acuminat. ſubæqualib. muticis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Amer. calidiore ♂.
Habitus Cinnæ. Difficillime hoc Gramen determinatur. Altero anno floret.
Culm. pl. pedal. erecti, læves; ramis indiviſis. Fol. leviuſc. ligula truncata. Panic. viridis. Fl. ſcabri. Stam. alba. Stigmata atro-purpur.

25. *indica*. A. panicula contracta, mutica; racemis lateralibus, erectis, alternis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen. *Pluk. alm. tab.* 191. f. 5. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 73. f. 1.
In India.
Culm. erect. Fol. anguſta, plana. Panic. oblonga.

26. *ciliata*. A. panicula mutica; gluma calycina angulata, ciliata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia.
Culm. erect. 2-ped. ſimpl. glaber. Fol. culmo breviora, vaginis, fauce, margineque punctatis, ciliatiſque; attenuata, ſtriata, ſcabra. Panic. pedal. congeſta, pedunculis filiform. virgatis, angulatis, ciliatis.

---

vinealis. A. calycibus coloratis: petali ariſta dorſali longitudine fere calyc. culm. adſcendentibus. *Schreb. Fl. Lipſ.*
Avena monantha &c. *Hall. hiſt.* 1481.
In locis ſiccis.
Differt ab A. canina, ſpicul. duplo ma. Occurrit etiam floſcul. pleriſque muticis. Variat culmi altitudine; fol. latitudine; & paniculæ forma.
Accedit ad A. capillarem, cum qua non confundatur.

arenaria. A. panicula ſpicata, æquali, mutica: fol. faſciculat. radice repente. *Gouan. Illuſt.*

A. *Stolonifera. Lin. b.*
Radix ſtolonifera, geniculis crebrioribus. Culm. pl. Fol. uncial. rigida: involuc. acuminat. va-

ginis latioribus, rubeſcentibus. Panic. obſcure viridis.

alpina. A. petalo uno truncato, aut 2-fid. *Scop. Fl. Carn.* Gramen &c. *Scheuchz. Prodr.* tab. 4. f. 1.
In paſcuis ſummarum alpium ⊙.
Differt ab A. canina, quæ proſtrata, crebro geniculata, & fol. ſetaceorum faſciculis inſtructa.
Ceſpitoſa. Culm. vix ſemiped. rigidi. Fol. linearia. Panicula contracta, uncial. & paulo longior, glumis viridib. ſpadiceis, aut violac.

ſtricta. A. (*Poa*) caul. erecto; panicula ſtricta, pauciſl. *Hall. helv. n.* 1476.
In Helvetia.
Diverſa ab A. capillari, facie, & culmo proſtrato.
Panic. parva, rara, albo-virid.

Arbor ramis debilibus recurvis. Fol. oppoſita, petiol. oblong-acuta, glabra. Pedunc. terminal. brachiatim paniculati. Fl. ſeſſil. Cor. revoluta, viridis, laciniis ovalibus, ſemimarcidis. Bacca Piſo maior, ſeſſil. flava, vel nigra, baſi cincta cal. & cor. marcida; edulis.

169. EPIMEDIUM. Nectaria 4. cyathiform. petalis incumbentia. Cal. caducus, 4-phyll. Cor. 4-pet. Capſula acuminata, 1-locul. 2-valv. polyſperm.

1. *alpinum*. E. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lob. Hiſt.* 176.
In alpium, & collium umbroſis. ♃.
Caul. cubital. in ternos furculos diviſus, fuſcus, pallidus. Fol. longe petiolat. faſtigiata, triternata. Foliol. cordiform. dentata, ſatura virent. glabra, venoſa, rigida. Fl. purpuro-flavi, variegati, emarginati.

170. CORNUS. Involuc. 4-phylla ſæpius (Cal. minim. 4-dentat.). Petal. 4. ſupera. Drupa (umbilic.) nucleo 2-locul.

1. *florida*. C. arborea; involucr. maximo, foliol. obcordat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Catesb. carol. tab.* 27. *Pluk. alm. tab.* 20. f. 3. *phyt. tab.* 26. f. 3.
In Virginiæ ſylvis ♄.
Arb. medioc. magnitudinis. Fol. maiora C. *mare*. Bacca ovata, rubra. *Var. involuc. ſanguinei col.*

4. maſcula. C. arborea; umbellis involucrum æquantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ludw. ect. tab.* 38. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* Z. *Black. tab.* 121. *Kniph. cent.* 1. *tab.* 18.

Corniolo. *Matth.*
In ſepibus Europæ ♄.
Arbor. Fol. lata, mucronata, integerr. venoſa. Fl. flavi. Bacca oblong. magna, coccin. vel lutea. *Var. fol. elegantèr variegatis.*

3. *japonica*. C. arborea; umbellis involucrum ſuperantibus: fol. ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Japon.* Jamma ſimira. *Kæmph. am. exot. Faſc.* V. p. 747.
In Japonia ♄.
Frutex erectus, orgyal. Rami oppoſiti, ſtriati, cinerei, glabri. Fol. in apice ramorum oppoſita, 3-pollic., 2-pollic. lata, petiolat. ovat-acumin. ſerrata, baſi integra, nervoſa, ſubtus pallida, glabra. Umbella decompoſita, patentiſſ. 3-4-5-radiata. Cor. alba. Drupa magnitudine Piſi min. compreſſa, rubra. Nux lentiform. dura. Nucleus durus, albus.

4. *ſanguinea*. C. arborea; cymis nudis: ramis rectis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 481. *Lob.* 2. p. 169. Virga ſanguinea. *Matth.*
In Europæ, Aſiæ &c. dumetis ♃.
Cortex ſanguineus fruticis, & ramorum. Fol. ovat-lanceol. ſubtus nervoſa. Fl. parvi, albi, odori. Baccæ parvæ, ſubrotundæ, ſature violac.

5. *alba*. C. arborea; cymis nudis, ramis recurvatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Amm. ruth. tab.* 32. *Mill. tab.* 104.
In Sibiria, Canada ♄.
Simil. omnino priori: differt ramis recurvatis, & baccis albis. Stolones multi ad radicem enati procumbunt. Cor. alba, receptacul. atro-purpur.

6. *ſericea*. C. arborea; cymis nudis; fol. ſubtus ſericeis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Amer. Septen. ♄.
Frutex. Rami ſanguinei, punctis ſubverrucoſis, cinereis adſperſi, quibus prior orbatur. Fol. oppoſita, nec bifaria, ovata, plicato-lineata, ſubtus alba, non pallide virid. ſericeo-nitent. Petala patentia, alba. Stam. alba, cor. duplo longiora. Receptac. purpuraſc. Baccæ atro-purpur. maturæ albæ.

7. *alternifolia*. C. arborea; fol. alternis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Amer. Septentr. ♄. Rami

Rami atro-purpuraſc. punctis albidis. Fol. petiol. ovata, acuta, integerr. lævia, lineata, ſubtus pallida. Stipulæ nullæ. Panicula corymboſa, ſupra plana, alba. Petala revoluta, alba.

8. *ſvecica*. C. herbacea, ramis binis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Lapp. tab.* 5. f. 3. *Fl. Dan. tab.* 5. *Dill. elth. tab.* 91.

In Svecia, Norvegia, Ruſſia ♃.

Caul. 4-unc. lignoſus, fuſco-virens. Fol. Androſæmifolia, ſature viridia. Fl. albo-virent. Baccæ flavo-rubræ.

9. *canadenſis*. C. herbacea, ramis nullis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burſ.* X. 106.

In Canada ♃.

Caul. vix 9-pollic. Fol. 2. in medio caulis, oppoſita, ovalia. Pedunc. terminal. 2-pollic. Involucr. quam in priore longius.

171. SAMARA. Cal. minim. 4-part. Pet. 4. ovata, baſi lacuna longitudinali. Stam. baſi petali immerſa. Stigm. infundibul. Drupa ſubrot. *Fol. alterna*.

1. *Læta*. S. *Syſt. veg. ed.* 14.

Memecylon &c. *Burm. Zeyl. tab.* 31.

In India Orient. ♄.

Arbor. Rami purpuraſc. læves. Fol. alterna, petiolat. interupte-pinnata, 5-iuga. Foliol. oppoſita, breviter petiol. lanceol-ellipt. obtuſa, integerr. utrimq. lævia. Corymb. lateral-axill. vix petiolis longiores. Fl. copioſi, lutei.

172. FAGARA. Cal. (parvus) 4-fid. Pet. 4. (oblonga, patent.). Capſ. 2-valv. (Sem. 1. rotundum).

1. *Evodia*. F. fol. ſimplicibus, oppoſitis, lanceol. elongatis: racemis axillaribus, ſolitariis, ramoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Evodia hortenſis. *Forſt. gen.*

In Tonga tubu.

Planta bene odorata. Stigma 4-fid. Capſ. 4.

2. *Pterota*. F. foliol. emarginatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Pterota &c. *Brown. Jam. tab.* 5. f. 1.

Lauro &c. *Sloan. Jam.* 2. *tab.* 162. f. 1.

In Jamaica ♄.

Odor hircoſus. Arb. 20-ped. ligno duriſſ. ramis alternis, hamatis. Fol. 3-4-iuga. Foliola ovata, ſerrulata, impari longiore. Petioli alati, articulati, inter binos aculeos reflexos. Spic. axill. Fruct. ovat.

3. *Piperita*. F. foliol. crenatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Piper &c. *Kæmph. am. tab.* 893.
In Japonia ♄.
Arbuſc. ſapore Piperis, 2-orgyal. ramoſa. Rami purpur. aculeis ſparſis, horizontalibus. Fol. plura, in apice ramulorum, Fraxiniform. ſub 6-iuga. Foliol. unguicul. alterna, & oppoſita, ſubſeſſil. ovata, emarginata, glabra. Fl. inter fol. paniculati, parvi. Cor. herbido-livida. Capſ. rugoſa. Sem. atrum, nitidum.

4. *tragodes*. F. articulis pinnarum ſubtus aculeatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. amer. tab.* 14. *edit. picta tab.* 19.
In America ♄.
F. Pterotæ valde affinis. Frutex ſuberect. 5-ped. ramoſus. Aculei gemini, recurvi, fuſci, nitidi. Fol. alterna, ſeſſil. pinnato-articulata. Foliol. 5-6-iuga, ſeſſil. obl-obtuſa, baſi attenuata, integerr. nitida. Fl. axillar. adgregati, parvi. Capſ. globoſa.

5. *obtendra*. F. foliol. ſæpe tomentoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Elaphrium &c. *Jacq. amer. tab.* 71. f. 1. 3. *edit. picta tab.* 106.
In Curacao duris ♄.

173. ÆGIPHILA. Cal. breviſſ. campaniform. 4-dent. Cor. tubul. 4-fid. Stylus ſemi-2-fid. Bacca (ſubrotunda) 4-ſper.

1. *martinicenſis*. Æ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. obſ.* 2. *tab.* 27. *Amer. pict. tab.* 16.
In Martinica ad ſylvarum margines ♄.
Frutex orgyal. ramis oppoſitis, 4-gon. glabris. Fol. oppoſita, petiolat. ſimplicia, lanceol-ovata, acuminata, integerr. glaberr. Panicul. terminal. & axillar. compoſitæ, folioſæ, ſtrictæ. Cor. alba. Baccæ Piſo mar. luteo-purpur.

174. PTELEA. Cal. (parvus) 4-part. inferus. Pet. ſæpe 4-raro 5. coriacea, plana. Fruct. membrana ſubrotunda, centro 1-ſpermos.

1. *trifoliata*. P. fol. ternatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Trew. rar. tab.* 9. *Miller. ic. tab.* 211. *Du-Hamel. arbr. tab.* 43.
Frutex &c. *Dill. elth. tab.* 122. f. 148.
In Virginia ♄.
Frutex orgyal. ramis patulis. Foliol. ovat-lanc. medio mar. Fl. cymoſi. Petala parva, dilute viridia. *Var. fol. quinis*.

2. *pinnata*. P. fol. abrupte-pinnat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Blackburnia pinnata. *Forſt. gen.*
In inſula Norfolk.
Fol. alterna, 2-3-iuga; foliol. oppoſitis, ovatis, obliquis, glaberrimis. Panicul. axill. parvæ.

175. HYDROPHYLAX. Cal. 4-part. Cor. infundibulif. Fruct. anceps, 1-ſpermus.

1. *maritima*. H. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad litora maris, prope Gudulur. ♃.
Facies Arenuriæ maritimæ, at maior. Radix longa, filiform. carnoſa, dulcis, ſanguinea. Caul. repens, filiform. articulat. vaginatus, glaber, coloratus, longiſſ. Fol. oppoſita, petiolat. patentia, adproximata, ovata, acuta, integerr. carnoſa, nitida, exaſperata, callis minimis, albicantibus, pellucidis. Petioli breves, membranac. Fl. axill. ſubſeſſil. erecti, plerumq. binati, non oppoſiti. Cor. pallide cœrul. Anth. cœrul.

176. SIRIUM. Cal. ſemi-4-fid. Cor. o. Nectario 5-phyll. claudente calycem. Germ. inferum. Stigma 3-fid. Bacca 3-locul.

1. *myrtifolium*. S. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India Orient. ♄.
Arb. facie Myrti; ramis ſtrictis, brachiatis, paſſim articulatis. Fol. oppoſita, petiolat. ſimplicia, 2-pollic. lato-lanceol. integerr. tenera, glabra, ſubtus glauca. Stipulæ nullæ. Fl. in thyrſum collecti. Cal. coloratus. Bacca obovat. coronata.

177. LUDWIGIA. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. 4-pet. Capſ. 4-gon. 4-locul: infera, polyſperma.

1. *alternifolia*. L. caul. erecto: fol. alternis, lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Trew. ehr.* 2. *tab.* 2.
Lyſimachia &c. *Pluk. alm. tab.* 203. f. 2.
Frutex &c. *Pluk. amalt. tab.* 412. f. 1.
In Virginia ☉.
Caul. herbac. ſæpe declinatus, teres, glaber. Fol. petiolat. integerr. glabra. Fl. lateral. axill. pedunculat. ſolitarii. Pet. flava. Capſ. cubicæ, calyce minores.

2. *oppoſitifolia*. L. caul. diffuſo: fol. oppoſit. lanceolat. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India ♃.
Habitus *Lythri hyſſopifolii*. Caul. ſpitham. Fol. petiol. integerr. ſtriata, lævia. Flos axill. ſo-

litarius, *Caryophylli Offic.* figura. Cor. flava, calyce brevior. Capſ. fol. dimidio brevior.

3. *erigata*, L. caul. erecto: fol. oppoſitis, lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India ⊙.
Caul. herbac. pedal. brachiatus, lævis. Fol. petiolat. integerr. lævia. Pedunc. terminal. ſubterni, 1-fl. raro axillar. Germina 4-gono-alata. Cal. minuti. Cor. vix conſpicua. Capſ. ſubcubica.

---

trifolia, L. fol. ternis, ovat-lanceol: fl. terminalibus, pedunculat. *Burm. Ind.*
In Java.
Radix fibroſa. Caul. erectus, ſpitham. herbaceus, ſtriatus, lævis. Fol. oppoſita, petiolat. Pedunc. pollic. Bract. ovatæ. Fl. gemini, pedicellati.

178. BANKSIA. Ament. ſquamat. Cor. 4-pet. Anth. in cavitate laminarum ſeſſiles. Capſ. 2-valv. Sem. bipartibile.

1. *ſerrata*, B. fol. linearibus, in petiol. attenuatis, æqualiter, ſerratis, apice truncatis cum mucrone. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In nova Hollandia.
Specioſiſſ. ſpecies huius generis, Fol. in apice ramorum confluentia, ſparſa, ſpitham. patentiſſ. coriacea, plana, glabra, amentum cingentia. Amentum maximum, craſſum, erectum, teres, obtuſum. Fl. adſcendent. patentiſſ. laminis extus pubeſcentibus, canis.

2. *integrifolia*. B. fol. cuneiformibus, integerr. ſubtus tomento albis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In nova Hollandia.
Fol. in apice ramulorum ſubverticillata.

3. *Ericæfolia*. B. fol. adproximat. aceroſis, truncato-emarginat. glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In nova Hollandia.
Fol. huius minima, ſed copioſiora.

4. *dentata*, B. fol. oblong. in petiolum attenuatis, curvis, flexuoſis, dentatis, dentibus ſpinula terminatis; ſubtus albis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In nova Hollandia.
Fl. huius minores.

179. OLDENLANDIA. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. 4-pet. Capſ. (ſubglobоſa, coriacea) 2-locul. infera, polyſperma.

1. *verticillata*. O. fl. verticillat. ſeſſilibus: ſtipul. ſetigeris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Crateogonum. *Rumph. amb.* 6. *tab.* 10.
In Amboinæ, Jamaicæ collibus apricis.
Caul. ſub-ped. ſimpl. articulati, teretes, læves, utrimq. ſulco exarati. Fol. oppoſita, ſeſſil. anguſto-lanc. acuminata, coſta exarata, ſcabra. Fl. congeſti.

2. *repens*. O. capſul. ſeſſilibus, hiſpidis: fol. lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 15. f. 2.
Cruſta &c. *Rumph. amb.* 6. *tab.* 170. f. 4. *Pluk. phyt.* 356. f. 5.
In India.
Caul. repens, filiform. ramoſus, articulatus, ad ſingula genicul. radicatus, lævis. Fol. oppoſita, ſubpetiol. integerr. lævia, parva. Fl. axill. ſolitarii, alterni, ſubſeſſil.

3. *capenſis*. O. pedunc. axillaribus, 1-fl. fol. linearibus, acutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad. cap. b. Spei.
Simillima *O. repenti*, at capſ. glabra.

4. *uniflora*. O. pedunc. ſimpliciſſ. lateralibus; fructibus hirtis: fol. ſubovatis, acutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Alſine &c. *Pluk. alm. tab.* 74. f. 5. *mala.*
In Virginiæ, Jamaicæ aquoſis.
Caul. repentes, ramoſi, ſubdiviſi. Fol. oppoſita, ſubpetiol. integerr. Fl. pauci. Germ. hiſpida.

5. *biflora*. O. pedunc. biflоris, petiolo longioribus; fol. lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14.
Antirrhinum &c. *Burm. Zeyl. tab.* 11.
In India ☉.
Caul. erectus, herbac. dichotomus, articulatus. Fol. oppoſita, petiolat. baſi anguſta, integerr. Fl. axill.

6. *umbellata*. O. umbellis nudis, lateralibus, alternis: fol. (lanceol-linearibus). *Syſt. veg. ed.* 14.
Lyſimachiæ &c. *Pluk. alm. tab.* 119. f. 4.
In India ♃.
Habitus *Ciſti Helianthemi*. Radix extus alba, intus ruberrima. Caul. procumb. palmar. dichotomi. Fol. ſubquaterna. Pedunc. axill. & ter-

minales, alterni, umbellati. Pedicell. ex ſingula umbella 2-5-6-fl.

7. *hirſuta*. O. umbellis axillar. caul. calycibuſq. hiſpidis: fol. ovatis, acutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Java.

Planta diffuſa. Fol. oppoſita, petiol. integerr. nervoſa, venoſa. Umbell. peduncul. paucifl.

8. *corymboſa*. O. pedunc. multifl. fol. lineari-lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Plum. ic.* 212. f. 1. *Ehret. pict. tab.* 2. f. 1.

In Amer. merid. ☉.

Caul. ſubproſtrati, adſcendent. 4-goni, læves, ramis oppoſitis. Fol. oppoſita, longitudine internodiorum, lævia, linea longitudinali exarata. Stipul. oppoſitæ, connectentes folia, obtuſiſſ. apice ariſtis tribus. Pedunc. laterales, alterni, ſolitarii, filiform. nudi, longitudine folii. Umbellula ſub-4-fl. abſq. involuc. Cor. alba.

9. *paniculata*. O. pedunc. terminalibus, paniculat. fol. ovali-lanceolat. *Syſt. veg. ed.* 14.

Mollugo &c. *Burm. Zeyl. tab.* 71. f. 2. *Ind. tab.* 15. f. 1.

In India Orient.

Caul. erectiuſc. pedal. dichotomus, lævis. Fol. oppoſita, ſubpetiolat. integerr. lævia. Panicula aphylla. Fruct. læves.

10. *ſtricta*. O. pedunc. terminalibus, racemoſis: fol. linearibus: caul. erecto, brachiato. *Syſt. veg. ed.* 14.

Alſine &c. *Pluk. mant. tab.* 332. f. 2.

In Malabaria ♃.

Caul. fruticoſ. teres, articulatus, ſtriatus, pedal. trichotomus. Fol. oppoſita, articulis breviora; radicalia fere lanceol. Pedunc. ſtricti. Capſ. obovata, truncata.

---

pentandra. O. fl. pentandris, monogynis: fol. linearibus: peduncul. 2-fl. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Tranquebaria.

Simil. *O. bifloræ*, ſed maior, ſemiped. Caul. erectus, pubeſcens. Fol. oppoſita, ſeſſil. integerr. pubeſcent. Pedunc. axill. ſolitar. ſimplic. Petal. parva, albida, cum levi rubedine. Cal. pubeſc.

digyna. O. fl. pentandris, digynis, ſeſſilibus: fol. lanceolat. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Tranquebaria.
Facies ab Oldenlandia aliena. Caul. decumbent. ramoſi. Fol. ſeſſil. integra. Fl. axillar. quandoq. breviſſime peduncul. Cal. tubo globoſo. Petal. minuta, alba.

trinervia. O. caul. decumben. fol. ovat. trinerviis: fl. axillar. verticillatis: capſul. hiſpidis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Tranquebaria.
Caul. depreſſi, angulati, ramoſi. Fol. oppoſita, petiol. lato-ovata, integerr. ſubpiloſa. Fl. breviter pedicellati. Fruct. didymus, 4-dentat.

tenuifolia. O. peduncu. 1-fl. alternis: fol. linearibus, pedunc. longioribus. *Burm. Ind. tab.* 14. f. 1.
In Java.
Caul. procumb. ſpitham. Fol. oppoſita. Pedunc. axill. breviſſ. Fl. albicantes.

180. AMMANNIA. Cal. 1-phyll. tubuloſus, plicatus, 4-8-dent. inferus. Cor. 4-petala, calyci inſerta, vel nulla. Capſ. (ſubrot.) 4-locul.

1. *latifolia*. A. fol. ſemiamplexic. caul. 4-gono, ramis erectis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Aparines &c. *Sloan. hiſt.* 1. *tab.* 7. f. 4.
In Caribæis, locis humidis ☉.
Caul. angulis obtuſis, lateribus alternis, convexis. Fl. verticillat. utrimq. 3. ſeſſil. Calyc. dentes alterni, conniventes. Cor. alba. Stylus germine brevior.

2. *ramoſior*. A. fol. ſemiamplexic. caul. 4-gono: ramis patentiſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Bocc. Muſ. tab.* 104.
In Virginia ☉.
Caul. angulis acutis, lateribus planis. Fol. lanceol-linear. baſi dilatata, ruteſcentia. Fl. lateral. axillar. utrimq. 3. ſubpeduncul. Cal. dentibus 8. patulis. Pet. ſubrot. patentia, purpur. Filam. purpur. Styl. germine longior.

3. *baccifera*. A. fol. ſubpetiolat. capſulis calyce maioribus, coloratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 15. f. 3.
Cornelia &c. *Arduin.* 2. *tab.* 1. *Act. Bonon. tab.* 7.
Anonymos &c. *Pluk. alm. tab.* 136. f. 2.?
In China, & in Italia ☉.
Planta erecta, digiti longitudine, tenera, abſque

ramis. Caul. teres, rufescens. Fol. opposita, lanceol. integerr. Cal. 4-dent. Fl. axill. verticillati, plurimi, peduncul. minimi. Capſ. rubra, calyce maior.

4. *octandra*. A. fl. petaloideis, octandris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ammannia *coccinea*. *Roth. Progr.* 1775.
In India Orient.
Caul. giganteus, erectus, brachiatus, lævis. Fol. oppoſita, ſeſſil-amplexicaul. lineari-lanceol. integerr. lævia. Pedunc. axill. breviſſ. 1-3-fl. Petal. ſanguinea.

5. *pinnatifida*. A. caulibus procumbentibus, radicantibus, compreſſis: fol. linearibus, pinnatifid. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Java.
Ammanniis reliquis facie ſimil. Fol. ſparſa, magis adproximata, pinnis minimis, quaſi filiformibus. Fl. axill. parvi, ſolitar. vel pl. Cor. incarnata.

181. ISNARDIA. Cal. campanulat. 4-fid. Cor. 0. Capſul. 4-locul. cincta calyce, polyſperm.

1. *paluſtris*. I. *Syſt. veg. ed.* 14. *Zann. tab.* 67.
Dantia &c. *Petit. gen. tab.* 49.
Glaux &c. *Bocc. Muſ. tab.* 84. f. 2.
Alſine &c. *Lind. alſat. tab.* 2.
In Italia, Gallia, America &c. ad lacus, & foſſas ♃.
Simil. *Pepli portulaçæ*; repens, natans. Caul. procumb. palmar. ex viridi ruber. Fol. oppoſita, ovalia, integerr. quandoq. rubentia. Fl. axill. oppoſiti, ſeſſil. virides.

182. TRAPA. Cal. 4-part. Cor. 4-pet. Nux ovata, ſpinis 4. oppoſitis cincta; quæ calyc. fol. fuere.

1. *bicornis*. T. nucibus bicornibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Plum. ic. tab.* 67. *fol. infima.*
In Chinæ aquis.

2. *natans*. T. nucibus quadricornibus: ſpinis patentibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Panover &c. *Hort. Mal.* 11. *tab.* 33.
Tribulus aquaticus. *Cam. epit.* 715. *Matth.*
In Europæ, Aſiæ ſtagnis ☉.
Radix longa, fibroſa. Caul. ſubmerſus longe per aquas repens. Fol. immerſa multifido-capillacea, *Myriophylli*; natantia rhombea, crenata,

ſupra glabra, ſubtus rugoſa. Petala alba, exigua. Germen cingunt calyc. fol. 4. duobus ad latera, duobus ad angulos germinis, unde cornua fructus, qui primum cinereus, dein niger.

183. DORSTENIA. Receptacul. commune 1-phyll. carnoſum, in quo ſem. ſolitaria nidulantur.

Fl. adgregati. Involucr. magnum, angulatum. Flos 1-petal. anomal. carnoſus, pedem anſerinum referens. Fruct. eiuſdem formæ.

1. *Houſtoni.* D. ſcapis radicatis: fol. cordatis, angulatis, acutis: receptacul. quadrangulis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Houſt. Act. Angl.*
In Campechia ♃.

2. *Contrajerva.* D. ſcapis radicatis: fol. pinnatif-palmat. ſerratis: receptacul. quadrangul. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 579. *Houſt. Act. angl.* f. 1. *Plum. ic.* 119.
Drakena radix. *Cluſ. exot.* 83.
In nova Hiſpania, Mexico &c. ♃.
Radix inſtar Cyperi tuberculoſa, & nodoſa. Fol. radical. petiolat. in 7. lobos acuminatos, & ſerratos diviſa.

3. *Drakena.* D. ſcapis radicatis: fol. pinnatif-palm. integerr. receptaculis ovalibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
In vera cruce ♃.

4. *caulescens.* D. pedunc. caulinis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Parietaria &c. *Plum. ic.* 120. f. 1.
In Amer. merid. ♃.
Planta humilis. Caul. ſimpl. Fol. oppoſita, longe petiolat. ſinuata, denticul. Fl. pedunculati, in placentam collecti.

184. COMETES. Invol. 4-phyll. 3-fl. Cal. 4-phyll. Capſ. 3-cocca.

1. *alterniflora.* C. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 15. f. 5.
Clinopodium &c. *Pluk. alm. tab.* 380. f. 4.? *quod fl. ſeſſilibus differt.*
In Suratte ☉.
Caul. ped. herbac. Fol. oppoſita, ſeſſil. obovata, acumin. integerr. glabra. Pedunc. axill. alterni, (alterius alæ) ſolitarii, 1-fl., patuli, longitudine fol. Involuc. foliola hiſpida. Petal. 4. oblonga, obtuſa, erectiuſc.

185. NIGRINA. Cal. 0. Cor. 4-pet. Capſula.

1. *ſpicata.* N. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia.

Caul. erectiuſc. herbac. palmar. & ultra, teres, ſubſucculentus, glaber. Fol. ſeſquipollic. oppoſita, breviter petiol. ovat-oblong. obtuſa, ſerrata, glabra, ſupra viridia, ſubtus pallida. Fl. ſpica axillar. compoſita ſpiculis alternis, floſcul. oppoſitis. Bractea ſub ſingulo flore ovata, acuta.

Planta ſiccatione nigreſcit.

186. ELÆAGNUS. Cal. 4-fid. campanul. ſuperus, interne coloratus. Cor. nulla. Drupa intra calyc. (ovata, glabra) 1-locul. 1-ſperm.

1. *anguſtifolia.* E. inermis; fol. lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Duham. arbr.* 1. *tab.* 89. *Hort. Angl. tab.* 19.

In Bohemia, Hiſpania, Auguſtæ Prætoriæ &c. ♄.

Arbor mediocris magnitud. cortice albicante. Rami patuli. Fol. alterna, ſeſcuncem longa, unciam fere lata, & anguſtiora, breviter petiol. modice obtuſa, albentia, præcipue ſubtus. Fl. axill. parvi, lutei, argenteo col. nitentes, odori. Baccæ parvæ, oblong.

2. *orientalis.* E. inermis; fol. ovatis, oblong. opacis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Oriente ♄.

Facies prioris, ſed fol. duplo latiora, utrimq. tactu mollia, ſubtus pallida, ſed neutra pagina nitentia, aut argentea.

3. *latifolia.* E. inermis; fol. ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Zeyl. tab.* 39. f. 2.

In Zeylona ♄.

Fol. ovato-ſubrotunda.

4. *criſpa.* E. inermis; fol. lanceol-oblong. obtuſis, undulatis: fl. ſolitariis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*

In Japonia ♄.

Arb. ramis, & ramulis erectis, alternis, divaricatis, teretibus; punctato-ſcabris, cinereis. Ramuli ultimi angulati, albidi. Fol. ſeſquipollic. alterna, petiolat. erecto-patula, integerr. ſupra nuda, fuſcentia, punctata, ſulco medio longitudinali, ſubtus argentea. Fl. in ultimis ramulis ſparſi, peduncul.

5. *multiflora.* E. inermis; fol. obovat. obtuſis: fl. axillaribus, adgregatis: peduncul. flore longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*

In Japonia ♄.

Caul. fruticoſus, parum ramoſus. Rami, & ramuli alterni, rari, patentes, teretes, punctato-ſcabri, fuſco-ferrugin. Fol. e ſingula gemma plura, inæqual. ſubpollic. alterna, petiol. erecta, integerr. ſupra punctis ſquamoſis, argenteis, ſubtus tota ſquamoſo-argentea. Fl. inter fol. pl. peduncul. Pedunc. ſubpollic. laxi, argentei. Calyx clavatus, oblong.

6. *umbellata*. E. inermis; fol. obovatis, obtuſis: fl. axillar. adgregatis: peduncul. flore brevioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 14.

In Japonia ♄.

Adfinis priori. Caul. fruticoſus. Rami, & ramuli erecti, alterni, teretes, punctato-ſcabri, ferrugineo-fuſceſc. Fol. e gemmis alternis plura, unguicul. petiol. patula, ſupra nudiuſc. punctis argenteis, ſubtus tota argentea. Fl. inter fol. pl. ſubumbellati, cernui.

7. *glabra*. E. inermis; fol. ovat-oblong. acuminat. fl. axillaribus, ſubſolitar. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*

In Japonia ♄.

Arbor. Rami ſubteretes, nudiuſc. fuſci. Ramuli erecto-patuli, alterni, angulati, punctato-ſcabri, cinereo-rufeſcent. Fol. ſeſquipollic. alterna, petiolat. patenti-erecta, integerr. ſupra virid. glabra; ſubtus rufeſcenti-ſquamoſa, interſparſis punctis ferrugin. Fl. erecti, peduncul.

8. *ſpinoſa*. E. fol. ellipticis: baſi ramulorum ſpinoſa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Med. obſ. ſoc. œcon. Lutr.* 1774. p. 196.

In Ægypto ♄.

Fol. dimidio breviora, ſed non anguſtiora *E. anguſtifol.* Fl. quadruplo min.

9. *pungens*. E. ramulis ſpineſcentibus: fol. oblong. undulat. fl. axill. ſubbinis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*

Akin-gomi. *Kæmpf. am. ex. Faſc.* V. p. 789.

In Japonia ♄.

Arbor orgyal. erectus, ramoſus, ſcaber, fuſcus. Rami patent. teretes, flexuoſi, aphylli. Fol. pollic. alterna, petiolat. reflexo-patentia, obtuſiuſc: integerr. rigida, ſupra, viridia, glabra, ſubtus ſquamoſo-argentea, interſparſis punctis ferrugineis. Fl. diſtincti, erecti. Diſ-

fert ab *E. ſpinoſa*-ramul. ſpineſcentibus: fol. oblong: latioribus: fl. ma:

---

macrophylla. E. inermis; fol. rotundato-ovat. argenteis. *Thumb. Jap.*

Fon-Gomi. *Kæmf. am. exot. Faſc.* V. p. 789.

In Japonia ♄.

Arb. erecta. Rami erecti, teretes, ſtriati, tuberculati, ramulis deciduis, punctato-ſcabri, cinerei. Ramuli alterni, angulati. Fol. pollic. alterna, petiolat. integerr. erecto-patula, ſupra glabra, virid. ſubtus argentea. Fl. axill. adgregati, ſuberecti, pedunculati.

Differt ab *E. orientali* cui fol. ovat-oblong.-fol. rotundato-ovat. ſubtus argenteis. Ab *E. latifolia*-fol. magis rotundatis; ramulis inermibus, nec ſpineſcentibus.

187. GONOCARPUS. Cor. 4-fida. Drupa ſubgloboſa, 8-gona, 1-ſperm.

1. *micranthus*. G. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 15.

In Japonia ☉.

Radix fibroſa. Caul. ſolitar. vel pl. vix ſpitham. 4-gonus, baſi decumbens, apice erectiuſcul. ſuperne ramoſus. Fol. lineam longa, oppoſita, breviſſime petiol. patentia, ovata, acuta, ſerrata, glabra. Fl. ramei, ſpicati, remoti, minuti, ſubſecundi, cernui.

188. SANTALUM. Cal. 4-dent. Cor. 4-petala; petalis calyci innatis, præter glandulas 4. Bacca infera, 1-ſperma.

1. *album*. S. *Syſt. veg. ed.* 14. *Breyn. ic. tab.* 5. f. 1. *Rumph. amb.* 2. *tab.* 11.

In India ♄.

Arb. altitudinis Juglandis. Rami ramoſi. Fol. impari-pinnata. Foliol. oppoſita, petiolat. ovat-obl. integerr: iuniora viridia; adulta ſublutea. Cor. cœrul-nigricans. Bacca Lauriform. matura e cœrul-nigra.

189. STRUTHIOLA. (Cal. 2-phyll. tubuloſus, lacin. acutis, compreſſis, carinatis. Nect. 8. antheriform. ſingulo baſi coronæ ſetarum circumdato, faucis margini impoſita. Bacca exſucca, 1-ſper.)

1. *virgata*. S. pubeſcens. *Syſt. veg. ed.* 14.

Thymelæa &c. *Burm. Afric. tab.* 47. f. 1. *ſed fol. breviora.*

Ad cap. b. Spei ♄.

Frutex ramis longis, ſimplicibus, virgatis, ſubvilloſis, ramul. 4-gonis. Fol. oppoſita, lanceol. acumin. ſtriata, canaliculata, margine ciliato-barbata. Fl. axill. ſolitar. ſeſſil. longitudine folii, rubri, extus tomentoſo-ſericei. *Var. fl. flaveſcen.*

2. *erecta*. S. glabra. *Syſt. veg. ed.* 14.
Paſſerina &c. *Burm. Afric. tab.* 47.
Ad cap. b. Spei ♄.
Planta glabra. Caul. ped. & ultra, fruticoſ. erectiuſc. ramoſus, cinereus. Rami ſimpl. adgregati, corymboſi. Fol. ſparſa, ſeſſil. imbricata, lanceol-ſubulata, obtuſiuſc. 2. circiter lineas longa. Fl. lateral. axill. ſolitarii, ſeſſiles. Cor. alba.

3. *nana*. S. fol. linearibus, obtuſis, piloſis: fl. terminalibus, faſciculatis, tomentoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei ♄.
Bracteæ cœruleſcent.

---

lanceolata. S. fol. ovato-lanc. corolliſq. nudis: calycibus pubeſcent. *Retz. Obſ. faſc.* 3.
Rami ſtricti, teretes, nudi; ramulis 4-gon. Fol. integerr. coriacea, patula. Fl. in apice ramorum oppoſite congeſti, bracteati. Cor. tubo longo; limbo lineari-rufeſcente.

juniperina. S. fol. linearibus, acutis, patentibus: cor. calycibuſq. nudis. *Retz. Obſ. faſc.* 3.
Fruticulus totus glaber. Rami tenues, teretes, ramulis 4-gon. Fol. patentia. Fl. a media ramulorum parte ad apicem fere intra bracteas foliis ſimiles, oppoſitas, ſeſſil. Cal. glaber. Cor. glabra, alba, laciniis acutis.

190. MANETTIA. Cal. 8-phyll. Cor. 4-fid. Capſ. infera, 2-valv. 1-locul. Sem. imbricata, orbiculata, ſeminulo centrali.

1. *reclinata*. M. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Mexico ☉.
Caul. reclinatus, herbac. debilis, ramoſus. Fol. adproximata, oppoſita, petiol. ovata, acuta, ſubciliata, ſubtus pubeſcent, ſemipollicar. Petioli breviſſ. hirſuti. Stipul. oppoſitæ, petiolis adnatæ, adpreſſæ, ſemicircul. breviſſ. Pedunc. axill. ſolitar. foliis breviores, multifl.

pedicell. oppoſitis, teretibus, hirſutis. Bractea ad ſingulum pedicellum minuta, acuta. Cor. alba.

Ad hoc genus ſpectat Nacibea. Aubl. Guian. T. 37.

191. KRAMERIA. Cal. o. Cor. 4-pet. (Petal. oblong. patentia). Nectario ſuper. 3-part. infer. 2-phyllo. Bacca (globoſa) ſicca, echinata, 1-ſperm.

1. *ixina*. K. *Syſt. veg. ed.* 14. *Loeſl. it.* 195.
In Cumana Americæ ♄.
Planta fuſco-cana. Caul. fruticoſi, inferne procumbentes, undique ſparſi. Fol. alterna, ſubſeſſil. lanceol., ſuperiora linearia, acuta. Racemus terminalis fl. alternis, cum binis bracteolis. Cor. roſeo-purpur. Nectar. ſuperius apice pallidum; inferius nigro-purpur.

192. HARTOGIA. Cal. 5-fid. Cor. 4-pet. patens. Drupa ovata, 2-ſperma

1. *capenſis*. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei ♄.
Arbor. Fol. oblonga, obtuſa, ſerrata, glabra. Fl. axill. minuti, pedunculati.

193. ACÆNA. Cal. 4-phyll. Cor. 4-petala. Bacca (obovata), ſicca, infera, 1-ſperma, retrorſum echinata.

1. *elongata*. A. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Mexico ♄.
Krameriæ adfinis. Caul. pl. lignoſi, erectiuſc. 2-ped. ramoſiſſ. ramis longiſſ. Fol. pinnata, ſparſa, vaginant. foliola adproximata, ſeſſil. ſubtus pubeſcentia; paribus primum minimis, linearibus, acutis, integerrimis; paribus 4-8. ma: oblongis, ſerratis, ſerraturis apice barbatis. Spicæ axillar. ancipites, erectæ, rigidulæ, ſpithameæ. Bract. propriæ ovat-oblon. concavæ. Fl. ſubſeſſil. alterni.

194. RIVINA. Cal. o. Cor. 4-pet. perſiſtens. Bacca (globoſa) 1-ſperma. Sem. lentiforme, ſcabrum.

1. *humilis*. R. racemis ſimplicibus: fl. tetrandris: fol. pubeſcentibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Amaranthus &c. *Comm. hort.* 1. *tab.* 66.
Solanum &c. *Pluk. alm. tab.* 112. f. 2.
In Caribæis &c. ♃.
Caul. pedal. Fol. alterna, brevibus petiol. purpuraſc. innixa, ovata, acumin. læte virentia. Racemi infer. nudi, axillar. Pet. alba. Baccæ

puniceæ, magnitudine baccarum *Sambuci*, dulces. Sem. ſubnigricant.

2. *lævis*. R. racemis ſimplicibus: fl. tetrandris: fol. glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. phyt. tab.* 151. f. 3.
In America ♄.
Priori nimis adfinis, ſed tota glabra. Fol. margine purpuraſc. Fl. extus rubicundi.

3. *octandra*. R. racemis ſimplicibus, fl. octandris, dodecandriſve. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. obſ.* 1. *tab.* 2. *edit.* 2. *pictu tab.* 21. *Plum. ic. tab.* 241. *Brown. Jam. tab.* 23. f. 2.
In Amer. calidiore ♄.
Arb. 20-ped. ramoſiſſ. ſarmentoſa, ramis longiſſ. Fol. multa, alterna, petiolat. lanceol-ovata, acuminata, integerr. glabra, quandoq. ſemipedal. Racemi terminal. laxi, raro axillar. Cal. in fl. albus; in fructu ex purpurò-ſaturate rubens. Bacca atro-purpur. Sem. nigricans.

4. *paniculata*. R. paniculæ racemis compoſitis, oppoſitiſq. *Syſt. veg. ed.* 14.
Salvadora *perſica*. *Syſt. veg. ed.* 14. monente Vahl.

195. EMBOTHRIUM. Cor. 4-pet. Anth. ſeſſil. apicibus petalorum inſidentes. Follicul. teres.

1. *umbellatum*. E. umbellis axillar. ſimpliciſſ. pedunculatis: fol. oblong: aveniis; anth. ſeſſilibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Forſt. gen.*
In nova Caledonia ♄.
Frutex pulcher. Fl. min. rubicundi.

2. *coccineum*. E. thyrſis terminalibus, ſeſſilibus: fol. obovatis, venoſis: antheris pedicellatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Forſt. gen.*
In terra del Fuego ♄.
Fl. maior. purpurei.

196. SALVADORA. Cal. 4-fid: laciniis revolutis. Cor. 0. Bacca 1-ſperm. Sem. rotundum, arillo veſtitum.

1. *perſica*. S. *Syſt. veg. ed.* 14. *Act. Angl.* 1749. n.° 491. *Ad ſinum Perſicum, in India Or.* ♄.
Frutex fol. oppoſitis. Racemus terminalis, compoſitus.
Videtur eadem planta ac Rivina paniculata. Vahl.

197. CAMPHOROSMA. Cal. urceolat. dentibus 2. oppoſitis; alterniſq. minimis, reflexis. Cor. 0. Capſ. 1-ſperm. (calyce obvoluta).

1. *monſpeliaca*. C. fol. linearibus, hirſutis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Buxb. cent. 1. *tab.* 28. f. 1. *Gmel. Sib.* 3. *tab.* 22. *Bauh. hiſt.* 3. p. 379.
In Hiſpaniæ, Tartariæ &c. arenoſis ♃.
Caul. pedal, fruticoſ. ſubvilloſus, albeſcens. Fol. alterna, ſeſſilia, odore Camphoræ.

2. *acuta*. C. fol. ſubulatis, rigidis, glabris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Anthyllis &c. *Lob. ic.* 404. *Dalech. hiſt.* 1150.
In Italia, Tartaria ♃.

3. *glabra*. C. fol. ſubtriquetris, glabris, inermibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dalech. hiſt.* 1179.
In Helvetia ♃.
Caul. humifuſi, cubital. ramoſi. Fl. axill. ſeſſiles.

4. *Pteranthus*. C. ramoſiſſ. pedunculis enſiformibus, dilatatis: bract. criſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Pteranthus. *Forsk. Æg. monente. Vahl.*
In Arabia ☉.
Radix fibroſa. Caul. palm. herbac. articulatus, 2-3-chotomus. Fol. linear. ſubramoſa, retetiuſc. verticillata; 2. inferioribus paulo maioribus. Fl. parvi, ſubſeſſil. virides, cincti membrana 2-fid. breviſſ.

5. *paleacea*. C. fruticoſa; ramis ſpicæformibus, paleaceis, piloſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei ♄.
Frutex vix pedal. determinate ramoſus. Rami foliis, floribuſque imbricatim mixti. Paleæ membranac. minutæ, albæ. Fol. minuta, ſeſſil. elliptica, lævia. Petal. breviſſ. obtuſa, ciliata.

198. ALCHEMILLA. Cal. 8-fid. Cor. 0. Sem. 1. (calyce tectum).

1. *vulgaris*. A. fol. lobatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 72. *Ludw. ect. tab.* 176. *Knorr. del. hort. tab.* A. 9. *Fl. Dan. tab.* 693. *Garid. Aix. tab.* 4.
In Europæ paſcuis ♃.
Fol. ſeptemlobata, ſerrata; infer. longe petiol., ſuperiora breviter & ſubreniform. Stipul. foliaceæ. *Var. hirſutie, cujus fol. ultra medium in lobos ſecta.*

2. *alpina*. A. fol. digitat. ſerratis, ſericeis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 49. *Mariſ. hiſt.* 2. *ſ.* 2. *tab.* 20. f. 3. *Barr. ic.* 27. n. 11. *Pluk. phyt. tab.* 240. f. 2. *hybrida*.
In alpibus Europæ ♃.
Fol. ovata, lobis 5-7-9. Stipul. membranac. integerr.

3. *apha-*

3. *aphanoides*. A. caul. erecto: fol. multipart. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In nova Granata ☉.
Caul. ſpitham. ſubramoſi, teretes, pubeſc. Fol. Aphanis ſmillima, nuda; radical. petiol., reliqua amplexicaulia. Racemi terminal. ſubverticill.

4. *pentaphyllæa*. A. fol. quinatis, multifid. glabis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Bocc. muſ.* 1. *tab.* 1.
In Helvetiæ &c. montibus ♃.
Habitus humilior, vix ſemiped. totus glaber. Lobi in pl. minores diviſi.

DIGYNIA.

199. GALOPINA. Cal. 0. Cor. 4-fid. Sem. 2. nuda.
1. *circæoides*. G. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. nov. gen.*

200. APHANES. Cal. 8-fid. Cor. 0. Sem. 2. calyce incluſa.
Ab Alchemilla differt fl. axillar. ſeſſilibus; cæterum habitu convenit.

1. *arvenſis*. A. *Syſt. veg. ed.* 14.
Alchemilla &c. *Moriſ. hiſt.* 2. *tab.* 20. f. 4. *Petiv. tab.* 9. *Col. ecphr. tab.* 146.
In Europæ, & Orientis arvis, inter ſegetes ☉.
Caul. palm. Fol. parva, alterna, ſæpe 3-fida, laciniis 3-fid. Stipul. ſerratæ, magnitudine fol. Fl. faſcicul. herbacei. *Var. piſt. & ſem.* 1.

201. CRUZITA. Cal. 4-phyll. exterior 3-phyll. Cor. 0. Sem. 1. (in calyce conniventi).

1. *hiſpanica*. C. *Syſt. veg. ed.* 14. *Loeſl. it.* 203.
In Cumana Americæ ☉.
Caul. erectus, 4-pedal. ſuperne brachiatus, ramis erectis, oppoſitis. Fol. oppoſita, lanceol. integerr. fuſca. Fl. in paniculam collecti, minimi.

202. BUFONIA. Cal. 4-phyll. perſiſtens, foliol. alternis minoribus. Petal. 4. calyce breviora, anguſta. Capſ. 1-loc. 2-ſperma.

1. *tenuifolia*. B. *Syſt. veg. ed.* 14. *Magn. monſpel. tab.* 97. *hort. tab.* 15.
Alſine &c. *Pluk. alm. tab.* 75. f. 3.
In Anglia, Gallia, Hiſpania, Italia ☉.

Caul. erectus, ſubped. baſi plerumq. ramoſus, ramis diffuſis, procumbentibus; genicul. tumentibus, inferne crebrioribus, tandem rarioribus.

Fol. linear-ſetacea, ſenſim anguſtiora, integerr. glabra: inferior. internodiis æqualia, vel longiora, baſi connata, ſubvaginant. vagina brevi, ſubventricoſa. Fl. axillar. & lateral. ſeſſil. terminal. pedunc. recti, ramis adpreſſi, ſpicas filifor. raras formantes. Pet. anguſta, calyce min. membranac. diaphana. Capſ. ovata plana.

203. HAMAMELIS. Involuc. 3-phyll. Cal. proprius 4-phyll. Pet. 4 longiſſ. linear. Nux 2-corn. 2-locul.

1. *virginica*. H. *Syſt. veg. ed.* 14. *Catesb. Car.* 3. *tab.* 2. *Duham. arbr.* 1. *tab.* 114.

In Virginia ♄.

Frutex ſurculis, & ſtolonibus Corylo ſimilibus. Fol. alterna, petiol. ovata, crenata. Pedunc. 3-fl. Nect. ex 4. foliol. truncatis, ad ungues petalorum, minimis. Nux globularis, ſuperne cum 2. ſulcis cruciatim, & in 4. cuſpides obtuſos ſecta. Nucleus ovat-obl. nitidus. *Floret Autumno, inſequente vere ſem. perficit.*

204. CUSCUTA. Cal. & Cor. 4-5-fida. Squamæ nectariferæ fl. ſegmentis interpoſitæ. Stam. 4-5. Capſ. (ſubrotunda, carnoſa) 2-locul. (3-4. ſperma). Planta paraſitica, aphylla. Fl. in glomeres congeſti.

1. *europæa*. C. fl. ſeſſilibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 199. *Black. tab.* 554.

Epithymo. *Matth.*

In Europæ pratis collium ☉.

Caul. volubil. ruber. Fol. albo-rubeſcent. Fruct. rubri.

2. *epithymum*. C. fl. ſeſſilibus, 5-fid. bracteis obvallatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Loeſl. it.* 216. *Fl. Dan. tab.* 427.

Habitat in iiſdem locis.

Minor priore.

3. *americana*. C. fl. pedunculat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 128. f. 4.

In Virginiæ fruticibus.

Planta ramoſiſſ. tenera, ſubflaveſcens, nitida. Pedunc. comm. breviſſ. Fl. parvi, flaveſc. vel virentes. Sem. 1-2-3.

ſurinamenſis. C. *Schilling. de Lepra tab.* 2.
In Surinam.
Planta paraſitica, aphylla. Caulicul. luxuriat, & multiplicatis in immenſum filamentis ſuis involvit plurimas arbores, frutices, herbas. Flosculorum faſciculos undiq. pandit; mire prolifera.

205. HYPECOUM. Cal. 2-phyll. Pet. 4. exterioribus 2. latioribus, 3-fid. Fruct. Siliqua.

1. *procumbens*. H. ſiliquis arcuatis, compreſſis, articulat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dod. pemt.* 499.
Mnemoſilla. *Forsk. Æg. monente Vahl.*
Inter Narbonæ &c. ſegetes ☉.
Caul. ſpitham. ſimpl. Fol. radical. compoſita ex foliol. alternis, laciniatis, laciniis alternis, acuminat. terminali 3-fida. Fl. terminal. breviſſimi, pedunculati. Cor. citrina: petal. 2. interiora, in lobis externis, nigris brevibus ſtriis maculata.

2. *pendulum*. H. ſiliquis cernuis, teretibus, cylindric. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cuminum &c. *Dalech. hiſt.* 698.
In Gallo provincia, Sibiria ☉.
Caul. ramoſi. Fol. longiora, anguſtiora, tenuius diviſa, glauca. Fl. axill. flavi.

3. *erectum*. H. ſiliquis erectis, teretibus, toruloſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Amm. ruth. tab.* 9.
In Dauuria.
Stam. videntur tetradynama.

206. GOMOZIA. Cal. 0. Cor. campanul. 4-fid. ſupera. Bacca 2-locul.

1. *granatenſis*. G. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Amer. merid.
Caul. diffuſi, herbac. ſpitham. ramis brevioribus oppoſitis. Fol. oppoſita, petiol. orbicul-cordata, obtuſiuſc. integerr. lævia. Fl. terminal. minuti, ſolitar. ſeſſil. pallidi.

TETRAGYNIA.

207. ILEX. Cal. 4-dent. Cor. rotata, 4-fida. Styl. 0. Stigm. 4. Bacca 4-ſperma.

1. *Aquifolium*, I. fol. ovatis, acutis, ſpinoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 508. *Black. tab.* 305. *Matth.*
In Europa, *Japonia*, *Virginia* ♄.
Frutex ſempervirens. Fol. alterna, petiol. Lauriform. viridiſſ. plerumque undulata, nitida. Fl. axill. glomerati, albi. Baccæ rubræ, quandoq. luteæ. *Var. folior. pagina Super. echinata: & altera fol. inferioribus tantum aculeatis.*

2. *Caſſine*. I. fol. ovat-lanceol. ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14. Aquifolium &c. *Catesb. car.* 1. *tab.* 31.
In Carolina ♄.
Planta 16-ped. ramis erectis. Fol. longiora, dilutiora, inermia. Baccæ rubræ.

3. *aſiatica*. I. fol. lato-lanceol. obtuſis, integerr. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India Aſiæ ♄.

4. *integra*, I. fol. obl-obtuſis, integris: peduncul. 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. fruticoſus, erectus. Rami, & ramuli alterni, patentes, angulati, fuſci. Fol. pollic. alterna, petiol. margine parum reflexo, ſupra virid. ſubtus pallida. Fl. axill. umbellati, umbel. ſeſſili. Pedunc. ſemiunguic. ſubquaterni, erecti, angulati, 1-fl.

5. *rotunda*, I. fol. rotundato-ovat-acutis, integris: pedunc. umbelliferis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. fruticoſus. Rami ſubumbellati, noduloſi. Fol. verſus apicem ramulorum ſparſa, frequentia, ſeſquipoll. petiolat. glabra, ſubtus pallidiora. Fl. axillar.

6. *crenata*. I. fol. ovatis, crenatis: pedunc. rameis ſparſis, ſub 3-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. erectus, fruticoſus. Rami, & ramuli patuli, ſubteretes, noduloſi. Fol. ſparſa, unguicul. breviter petiol. obtuſa, margine reflexo, ſupra viridia, ſubtus pallida.

7. *emarginata*. I. fol. obovatis, emarginatis: fl. axill. binis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. fruticoſus. Rami flexuoſi, ramuloſi, teretes, glabri, cinerei. Fol. alterna, breviſſ. petiol. obtuſa, crenata, margine revoluto, ſem-

pervirent. ſupra virid. ſulco longitudinali, ſubtus pallida, carina media elevata. Fl. axill. pedunculi. bini, raro ſolitar.

8. *ſerrata*. I. fol. ovatis, acutis, ciliato-ſerratis: fl. axill. ſolitariis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. erectus, fruticoſus, ramoſiſſim. Rami teretes, læves, glabri, cinerei. Ramuli patuli, filiform. Fol. ſemipollic. alterna, petiolat. patentia, tenuia, ſupra virid. ſubtus pallida. Fl. pedunculati.

9. *japonica*. I. fol. oppoſitis, ſeſſilibus: fl. terminalibus, racemoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. humilis, fruticoſus, glaber. Fol. ſeſquipollic. dentato-ſpinoſa, glabra. Racemi digital. bracteati. Pet. obovata, integra, alba.

10. *latifolia*. I. fol. ovatis, ſerratis: fl. axill. adgregatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*
In Japonia ♄.
Caul. arboreſc. Rami angulati, rigidi, fuſci. Fol. 3. pollic. longa, 2. lata, alterna, petiolata, obtuſiuſc. margine reflexo, patentia, ſupra nitida, ſubtus pallida. Petioli fuſci. Fl. ſupraxill. pedunculati.

---

cuneifolia. I. fol. cuneiformibus, tricuſpidat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Plum. ic.* 118. f. 2.
In Amer. meridion. ♄.
Fol. alterna, ſeſſil. tribus angulis acutis, ſpinuloſis rigida.

208. COLDENIA. Cal. 4-phyll. Cor. infundibulif. (4-fid. laciniis obtuſis). Styli 4. Sem. 2. bilocul. (angulato-ſcabra, ſtylis roſtrata).

1. *procumbens*. C. *Syſt. veg. ed.* 14.
Teucrii &c. *Pluk. alm. tab.* 64. f. 6.
In India ☉.
Planta depreſſa, ramis alternis, diffuſis, confertis, ſpitham. piloſis. Caul. lignoſi, tomentoſi. Fol. unciam longa, ſemuncem lata, alterna, petiolat. obovata, latere ſuperiore ſublunata, plicata ſecundum ſerraturas profundas, tomentoſa. Fl. lateral. ſeſſiles.

209. POTAMOGETON. Cal. 0. Pet. 4. ovata, decidua. Styl. nullus. Germ. 4. Sem. 4, nuda.

1. *natans*. P. fol. oblongo-ovat. petiolat. natantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fuchſ.* p. 651.
In Europæ lacubus & fluviis ♃.
Caul. ramoſus, articulatus. Fol. firma, integerr. nervis ellipticis: vaginæ maximæ. Fol. ſubmerſa graminea. Spica floralis axillar. longa, denſa, gracilis. *Var. fol. lanceol-oblong.*

2. *perfoliatum*. P. fol. amplexicaulibus, cordatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 196. *Loeſ. pruſſ. tab.* 65.
In Europæ lacubus, fluviiſq. argilloſis ♃.
Fol. tenuia, pellucida, apice tenuiter denticulato, nervoſa, undulata. Vaginæ nullæ, aut breves. Spica brevis, craſſa.

3. *denſum*. P. fol. oppoſitis, confertis, ovatis, acuminatis: caulibus dichotomis: ſpica 4-fl. *Syſt. veg. ed.* 14.
Fontinalis &c. *Bauh. hiſt.* 3. p. 769.
Tribulus aquaticus &c. *Cluſ. hiſt.* 252.
In Galliæ, Italia ♃.
Fol. latiuſcula, iuxta nervum plicata, ut anguſtiora videantur: in ſumma planta congeſta, imbricata. Spica exigua, rotunda, 4-fl. Pedunc. e dichotomia caul. breviſſ.

4. *lucens*. P. fol. lanceol. planis, in petiolos deſinentibus, *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 195.
Fontinalis &c. *Bauh. hiſt.* 3. p. 769.
In Europæ lacubus, ſtagnis, fluviis argilloſis ♃.
Habitus natabilis. Fol. prælonga, undulata, pellucida, raro ovata; ſuper. longe petiolat. Vaginæ magnæ, virides. Spicæ axill. longe peduncul.

5. *criſpum*. P. fol. alternis, oppoſitiſq. lanceol. undulatis, ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Fontilapathum &c. *Lob. ic.* 286.
In Europæ foſſis, & rivulis ♃.
Caul. compreſſi, ramoſi. Fol. ſeſſil. contracta, apice ſpinuloſo. Vaginæ breves, albæ. Spica paucifl.

6. *ſerratum*. P. fol. oppoſitis, lanceolat. ſubundulatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 195.
In Europæ rivulis ♃.
An var. prioris? Fol. ſeſſil. nitida. Vaginæ maximæ, ciliatæ. Pedun. curvi, laxiſſ. Spicæ cylindricæ, denſæ.

7. *compreſſum*. P. caul. compreſſo: fol. linearibus, obtuſis.

Syſt. veg. ed. 14. *Fl. Dan. tab.* 203. *Loeſ. pruſſ. tab.* 66.

In Europæ foſſis paludoſis ♃.

Caul. palleus. Fol. graminea, plana, vel undulata, acute lanceol. ariſtata. Vaginæ albæ. Stipul. breviſſ. albæ. Spicæ pauciſl. *Var. fol. alternis, & oppoſitis.*

8. *pectinatum*. P. fol. ſetaceis, paralell. adproximatis, diſtichis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Europæ foſſis, & paludibus ♃.

Caul. ramoſiſſ. dichotom. ſubruber. Fol. 2-unc. Pedunc. ſub-10-fl. ſeſſil. adproximati.

9. *ſetaceum*. P. fol. oppoſitis, lanceol. acuminatis. *Syſt. veg. ed* 14.

In Europæ foſſis paludoſis ♃.

Fol. adproximata, plana.

10. *graminifolium*. P. fol. lineari-lanceol. alternis, ſeſſilibus, ſtipula latioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 222. *Raii. Angl.* 3. *tab.* 4. f. 3.

In Europæ foſſis, & paludibus ♃.

Habitus *Graminis*. Caul. longus, planus. Fol. longe linear. lente decreſcentia. Vaginæ pl. magnæ. Pedunc. axill. breves, recti, 6-fl.

b. Fontinalis media lucens. *Bauh. hiſt.* 3. p. 777.

11. *marinum*. P. fol. linearibus, alternis, diſtinctis, inferne vaginantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 186. *Vaill. pariſ. tab.* 32. f. 5. *Bocc. Sic. tab.* 20. f. 5. *Plnk. alm. tab.* 218. f. 1.

In Europæ, ad maris litora ☉.

Fol. 2-unc. plana, anguſta. Vaginæ ſtrictæ, breviter 2-fid. in ortu albeſcentes. Stipul. fine capillaceo. Fl. primum congeſti in ſpicas; dein longis, & nudis intervallis diſtincti.

12. *puſillum*. P. fol. linearibus, oppoſitis, alterniſq. diſtinctis, baſi patentibus, caul. tereti. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 186. *Loeſ. pruſſ. tab.* 67. *Vaill. pariſ. tab.* 32. f. 4.

In Europæ paludibus ☉.

Fol. multa, uncial. Caul. gracilis. Vaginæ ovatæ, & oblongæ. Vagina ramorum longa. Pedunc. axill. 3-4-fl.

---

heterophyllum. P. fol. ſubmerſis linearibus, ſeſſilibus; natantibus petiolat. lanceol. *Schreb. Fl.* Lipſ.

Differt a P. natante, quod longe minus, & tenerius ſit. Accedit ad P. gramineum fol. latiuſc. & ramificationibus denſe ſtipatis. Rxii. Sinop. 3. tab. 4. f. 3. pro cuius varietate forte haberi poteſt.

Caul. ramoſiſſ. teres, internodiis brevibus. Fol. linear. acuta, baſi anguſtata, tenera, ſubdiaphana; natantia latiuſcula, breviter petiolat. Stipul. intrafoliaceæ, ſolitariæ, fol. anguſtiores.

210. RUPPIA. In ſummis ramulis prodeunt ſpicæ, ferentes anth. 8 reniformes, ſeſſiles. Inter has naſcuntur pedunculi 8, tenues; ſinguli ſubſtinentes germen parvo ſtigmate inſtructum. Capſ. acumin. aſpera, 1-ſperm.

1. *maritima*. R. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 364.
Buccaferrea. *Mich. gen. tab.* 35.
Potamogeton. *Raii Angl. tab.* 6. f. 1.
Fucus &c. *Lob. ic.* 255.
In Europæ maritimis ☉.
Caul. demerſus, herbac. articulatus. Fol. ſimplicia, alterna, ſeſſil. linear. Fl. axill. ſolitar. pedunculati.

211. SAGINA. Cal. 4-phyll. Petal. 4. (patentia, calyce breviora). Capſ. ovata, 4-locul. 4-valv. polyſperma.
Num. partium aliquando quinarius.

1. *procumbens*. S. ramis procumbentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ard. ſp.* 2. *tab.* 8. f. 2.
Alſine. *Pluk. tab.* 74. *Seguier. ver. tab.* 5. f. 3. *Lind. hort. alſ. tab.* 8.
b. Saxifraga &c. *Vaill. pariſ.* f. 2.
In Europæ paſcuis ſterilibus, uliginoſis, aridis.
Caul. 2-unc. ramoſus. Fol. ima in ceſpitem congeſta: caulina breviora. Fol. lineari-lanceol. rigida, glabra, læte virentia. Pedunc. axill. ſolitar. 1-fl. fol. triplo longiores, erecti; fructiferi recurvi. Pet. parva, albido-vireſcent: in ſylvis maiora quam in agris; vel nulla.

2. *apetala*. S. caul. erectiuſcul. pubeſcente; fl. alternis, apetal. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ard. ſp.* 2. *tab.* 8. f. 1.
In Italia ☉.
Caul ſub 3-unc. filiform. dichotom. Fol. amplexicaul. lineari-lanceol. ſubtus convexa, ſubhirſuta, obſcure viridia. Fl. axill. Cor. o.

3. *erecta*. S. caul. erecto, ſub 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 845.
Alſine &c. *Raii Angl.* 3. *tab.* 15. f. 4. *Vaill. pariſ. tab.* 3. f. 2.
In Europæ ſterilibus, glareoſis ⊙.
Caul. 3-unc. Fol. lineari-lanc. duriora, glabra, ſature virent. oppoſitionibus 4-7. Pedunc. longi, nudi. Calyc. foliol. lanceol. acuminata. Cor. alba.

4. *virginica*. S. caul. erecto: fl. oppoſitis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia, inter Muſcos ad margines fontium.
Caul. digital. filifor. Fol. remota, minima, ſubulata, oppoſita. Flos terminalis. Capſ. roſtrata. *An huius generis?*

212. TILLÆA. Cal. 3-4-part. Pet. 3-4. æqual. (acuta, plana, calyce fere minora) Capſ. 3-4. (oblon-acumin.), polyſperm.

1. *aquatica*. T. erecta, dichotoma: fol. acutis: fl. 4-fid. *Syſt. veg. ed.* 14.
Sedum &c. *Vaill. pariſ. tab.* 10. f. 2.
In Europæ inundatis ⊙.
Planta minima, ſub-pollic. Fol. oppoſita, amplexicaul. 2. lin. longa, obſcure virent. Petala roſea.

2. *perfoliata*. T. fol. perfoliat. ovat. corymbis terminalibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei, in aquis.

3. *capenſis*. T. fol. oblongiuſcul. fl. 4-fid. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Videtur var. T. aquaticæ. Radices copioſæ, capillar. Caul. herbac. pollic. dichotom. Fol. oppoſita, ſubcarnoſa. Fl. ſolitarii, pedunculati. Petala alba.

4. *muſcoſa*. T. procumb. fl. 3-fid. (ſæpius) *Syſt. veg. ed.* 14. *Mich. gen. tab.* 20.
Polygonum &c. *Bocc. Sic. tab.* 29.
Sempervivum &c. *Bocc. Muſ. tab.* 22.
In Italiæ &c. muſcoſis.
Fructificationis partes ternæ. Caul. pl. uncial. Fol. breviſſima, verticillata, capillar. Fl. herbacei.

213. MYGINDA. Cal. 4-part. (minimus). Pet. 4. (ſubrot. patentiſſ.) Drupa globoſa. (Nux ovata).

1. *uragoga*. M. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq: am. tab.* 16. *ed.* 2. *picta tab.* 22.

In Amer. calidiore ♄.

Frutex in litoribus arenoſis 3-ped. in ſylvaticis 8-ped. Eol. ovata, vel lanceol-acuta, petiol. breviſſ. rubentibus innixa, oppoſita, interdum alterna, dimidium, vel ſeſquipoll. longa, tenuiſſime ſerrata. Pedunc. comm. axill. oppoſiti, filiform. 2-fidi, lacinia utraque 3-fid. & 3-fl. Fl. exigui, nitidi, atro-rubent. Fructus Piſi magnitudine, rubri.

MONOGYNIA.

TOMEX

Genus proximum Callicarpæ.

Cal. PErian. 1-phyll. 4-dent. ſubventric. urceolatum, dentibus patentibus.

Cor. Pet. 4. lineari-lanc. baſi erecta, limbo patente, cal. duplo longiore.

Nect. ſquamæ 4. erectæ, ſuborbicul. carnoſæ, retuſæ, extus uniſulcatæ; ſingulæ inter petalum, & ſtam. triplo brevior. filamentis.

Stam. Filam. 4. erecta, ſubulata, baſi connata, in tubum quadrangul. quod. Monadelphiæ proprium eſt. Anth. erectæ, lanceol. longitudine filament.

Piſt. Germ. ſuperum, cylindrico-ventricoſum. Styl. germine anguſtior, & triplo brevior. Stigma 2-lobum, & capitatum.

Peric. ovale, ſucco viſcido, violac. inſipido; edule.

Sem. unicum, ovatum, oblong. carnoſum.

glabra. T. fol. ovatis, glabris: ſtaminibus baſi connatis. *Forsk. Æg.*

In Arabia ♄.

Arbor maxima, ramis teretibus. Fol. oppoſita, petiol. verſus baſin craſſiora, ſæpe 2-pollic.

coriacea, acumin. plana, integerr. flaveſcent. Pedunc. ex ultimis axillis prodeuntes, conferti, brachiati, paniculati, nudi. Fl. ſpicati. Cal. viridi-albeſc. Pet. alba. Fructus pollic. tuberculoſus.

dubia. T. *Jacq. hort. tab.* 192.

In Africa ♄.

Arbuſcula. Fol. inordinatim alterna, breviter petiol. oblon-acuta, utrimq: attenuata, ſubdenticul. firma, glabra, inodora, ſaporis ſubadſtringent. Pedunc. 1-fl. Fl. parvi, inodori. Cor. minima, 4-dent. virid. Pet. ſubovat. obtuſiſſ. plana. Fructus glaber.

An huius generis? idcirco dubiâ dicta fuit.

PETASIOIDES.

Cal. Per. 1-phyll. 4-part. lacin. ſubrot. obtuſis, concavis, conniventibus, coloratis.

Cor. 1-pet. erecta, conica, longitudine calyc. margine 4-part. truncato, & connivente.

Stam. Filam. 4. breviſſ. erecta, longitudine tubi cor. cui inſerta.

Anth. erectæ, acumin. 3-angul.

Piſt. Germ. ſubrotun. intra calyc. corollamq. Stylus erectus, cylindrac. longitudine cor. Stigma ſimpl. obtuſum.

Per. . . . . . .

Sem. . . . . . .

Laurifolium. P. *Jacq. Amer. pag.* 17.

Ad cacumina montium in Domingo ♄.

Arbuſcula inelegans. Rami pauci, teretes. Fol. 5-pollic. alterna, petiol. ovat-oblong. obtuſa, craſſa, integerr. nitida, ad tactum pinguia, gracilia. Racemi compoſiti, thyrſiform. terminal. 2-pollic. Fl. multi, exigui. Cal. ſubrubens. Cor. alba.

CHOMELIA.

Cal. Per. parvum, 1-phyll. germini inſidens. Tubus erectus, cylindrac. Limbus 4-fid. lacin. lanceol. acumin. planis, revolutis, tubo brevioribus.

Cor. 1-pet. Tubus cylindric. longiſſim. tenuis,

erectus. Limb. 4-fid. lacin. lanceol. planis, in acumen ſetaceum abeuntibus, patentiſſimis, tubo brevioribus.

Stam. Filam. 4. breviſſ. erecta, ſubulata, in ſuper. parte tubi cor.

Anth. magnæ, linear. incumbentes, longitud. tubi.

Piſt. Germ. parvum, oblong. 4-fid. inferum. Styl. filiform. longitud. ſtaminum. Stigm. 2-fid. lacin. oblong. craſſiuſc. patentibus.

Peric. Drupa oval. calyc. coronata.

Sem. Nux oblong. 4-ſulca, 2-locul. Nuclei ſolitar. teretes.

ſpinoſa. C. *Jacq. Amer. tab.* 13. *edit.* 2. *picta tab.* 17.

In Cartagenæ ſylvaticis ♄.

Arb. 12-ped. tota ramoſiſſ. & ſpinoſiſſ. Rami horizontal. glabri. Fol. in apice ramulorum conferta, oppoſita, in brevem petiolum attenuata, ſubpollic. ſubovat. acuta, integerr. nitida, per venas ſubrugoſa. Pedunc. axill. ſolitar. plerumq. 3-fl. Fl. ſeſquipollic. ſeſſil. tenues, interdiu inodori, nocte ſuaviſſimi. Cor. levi cum virore albeſcens. Drupæ cortex nigricat; pulpa mollis, & albida. Nux dura.

SIDEROXYLOIDES.

Cal. Perian. minimum, 1-phyll. acutum, 4-dent. germini inſidens.

Cor. 1-pet. Tubus longus, cylindr. incurvus. Limb. 4-fid. lacin. oblong. obtuſis, planis, reflexis, tubo duplo brevioribus.

Stam. Filam. 4-breviſſ. orta infra diviſuras limbi. Anth. erectæ, oblongæ.

Piſtil. Germ. ſubrot. inferum. Styl. filiform. longitudine tubi cor. Stigm. oblong. obtuſum, craſſiuſc.

Peric. . . . . . .

Sem. . . . . . .

ferreum. S. *Jacq. Amer. tab.* 75. f. 9. *ed.* 2. *picta tab.* 259. f. 7. *Pluk. alm. tab.* 224. f. 2.

In Sylvis montoſis Martinicæ ♄.

Arbor procera, ramoſa. Fol. ſemiped. oppoſita, petiolat. ovat-lanc. acuta, integerr. nitida. Pedunc. axill. breviſſ. ſæpe 3-fl. Fl. parvi, extus roſei, intus candidi.

PETITIA.

Cal. Perian. 1-phyll. parvum, erect. 4-dent. inferum, perſiſt.
Cor. 1-pet. Tubus erect. cylindrac-longus. Limb. 4-fid. lacin. ovatis, acut. planis, reflexis.
Stam. Filam. 4. breviſſ. ſubulata, in ſuper. parte tubi. Anth. erectæ.
Piſt. Germ. parvum, ſubrot. Styl. erect. ſubulat. longitud. ſtaminum. Stigma ſimpl.
Peric. Drupa ſubrot.
Sem. Nux ovat. obtuſa 2-locul. Nuclei ſolitar. oblongi.

Domingenſis. P. *Jacq. Am. tab.* 182. f. 6. *ed.* 2. *picta tab.* 259. f. 5.
In Sylvaticis Domingo ♄.
Arbuſc. erecta. Rami iunior. 4-gon. ſulcati. Fol. ſemiped. oppoſita, petiolis ſuperne ad angul. obtuſum inflexis, ovat-oblon. acumin. integerr. glabra, ſubtus venoſa. Paniculæ axill. 3-pollic. Fl. plurimi, exigui, albi, ſæpe triandri; calyce, corollaq. 3-part.

PERAMA.

Cal. Perian. 4-phyll. laciniis ovat. acut. villoſis.
Cor. 1-pet. Tubus longus, receptac. piſtilli inſertus. Limb. 4-fid. lacin. ſubrotund.
Stam. Filam. 4. intra diviſuras cor. Anth. ſubrot. 2-locul.
Piſt. Germ. ovat. utrimq. ſulcatum. Styl. long. Stigm. acutum.
Peric. . . . . . .
Sem. . . . . . .

hirſuta. P. *Aubl. Guian. tab.* 18.
In Guianæ locis humidis ♄.
Planta herbacea, tota cooperta pilis rufeſcentibus. Caul. 1-2-ped. ramoſus. Fol. oppoſita, ſeſſil. ovata, nervis longitudinalibus. Fl. terminal. capitati. Receptacul. paleaceum, paleis fimbriatis intra ſingulos fl. Cor. lutea.

MONETIA.

Cal. Perian. 1-phyl. ventricoſ. obſolete ſemi-4-fid. nunc 2-3-fid. pubeſc. lacin. lanceol. acutis, reflexis.

Cor. Pet. 4. receptac. inſerta, linear. acuta, revoluta.

Stam. Filam. 4. erecta, receptac. inſerta, fere longitud. cor. Anth. oblon. 2-locul. peltatæ, luteæ.

Piſt. Germ. ſuperum, ſub 4-gon. Styl. craſſiuſc. conicus. Stigm. acutum.

Peric. Bacca? globoſa, exſucca, calyculata; capitulo mammoſo apici impoſito; 2-locul. 3-lin. longa, & lata.

Sem. 2. adpreſſa, orbicular. compreſſa, intus plana, extus ſubconvexa.

Character eſſentialis.

Cal. 4-fid. Pet. 4. Germ. ſuperum. Bacca? 2-locul. Sem. ſolitaria.

barlerioides. M. *Herit. Stirp. nov. tab.* 1.

Lycium Ind. &c. *Seb. theſ.* 1. *tab.* 13. f. 1.

Synon. Barleriæ hyſtricis in Lin. ic. Seb. fl. viduata utriſq. convenit.

In India ♄. *Sonnerat.*

Frutex mediocris, aculeatus, habitu *Barleriæ hyſtricis*. Rad. cinerea, odore *Glycyrrhizæ*. Caul. erectus, rimoſior, cinereus. Rami oppoſiti, diffuſi, ramuloſi. Turiones ramulis conformes, in ſolo natali pubeſcent. in hortis nudi. Acul. 4-verticillati, decuſſati, horizontal. axillar. e ſingula ala binati, ſubulati, pungent. apice ſphacelati, longitudine dimidii fol. Fol. oppoſita, breviter petiol. patentia, ovat-lanceol. acumine ſpinoſo, arguto, ſphacelato, reflexo, 1-nervia, integra, perſiſtent. 1. ½ poll. long. & lin. lata. Fl. axillar. nonnihil conferti, ad apicem terni, quandoq. ſolitar. ſeſſil. herbac. autumnal. 2. lineas lati. Bract. (ſeu naſcentes aculei) oppoſita, 2-phyll. Petal. linear. revoluta. Fruct. globoſus, exſuccus, calyculatus; capitul. mammoſo apice impoſito; 3. lin. longo, & lato.

Hoſpitatur in Tepidario.

MANABEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. villoſum, 4-dent. denticul. acutis.

Cor. 1-pet. tubuloſa: tubus calyce longior, receptaco piſtil. inſertus: limb. 4-fid.

Stam. Filam. 4. oblong. tubo inſerta, infra diviſuras.

Piſt. Germ. minim. ſubrot. Styl. longus, 2-part. Stigm. obtuſum.

Peric. Bacca ovata, calyc. obvoluta, 2-locul.

Sem. 1-2.

villoſa, M. fol. ovat. ſubtus incanis; fl. glomeratis, vireſcentibus. *Aubl. Guian. tab.* 23.

In Caïenna ♄.

Frutex 8-ped. Caul. pl. erecti, ramoſi 4-goni, incani. Fol. oppoſita, breviter petiol. inæqualia, uno ma: altero min. acuta, integerr. Fl. ſubaxill. corymboſi, corymb. oppoſitis, pedunc. comm. 3-part. Cor. ſubviridis. Bacca lutea.

arboreſcens, M. fol. ovatis, acumin. fl. glomeratis, albis. *Aubl. Guian. tab.* 24.

In Caïenna, & Guiana ♄.

Frutex 10-pedal. ſuperne ramoſus, ramis, & ramulis 4-gonis, nodoſis, ſparſis. Fol. oppoſita, petiol. integerr. glabra, ſupra viridia, ſubtus pallidiora. Fl. axill. corymb. oppoſitis, 3-part. Cor. alba, Drupa compreſſa, lutea.

lævis, M. fol. oblon-ovat. acuminat. *Aubl. Guian. tab.* 25.

In Guiana ♄.

Frutex 8-ped. Caul. pl. recti, ramoſi, 4-goni. Fol. oppoſita. Fl. ſubaxill. corymbis oppoſitis, pedicell. 3-part. Bract. 2. ad baſin ramorum. Fl. in capitulum collecti. Cor. flava, lacin. obtuſis.

TACHIA.

Cal. Perian. 1-phyll. oblong. tubulos. 5-dent. denticul. erect. acutis.

Cor. 1-pet. tubuloſa, receptac. piſtil. inſerta; fauce inflata: limb. 5-fid. lacin. ovat. acut. reflexis.

Stam. Filam. 4. infimæ parti cor. adfixa. Anth. oblong. 2-locul. extra tubum prominentes.
Piſt. Germ. oblong. diſco 5-glandulari ad baſin circumdatum. Styl. longiſſ. Stigm. bilamellatum.
Peric. Capſ. oblong. calyce tecta, 2-locul.
Sem. numeroſa, minutiſſ.

Guianenſis. T. *Aubl. Guian. tab.* 29.
In ſylvis Sinemarienſibus ♄.
Frutex 5-6-ped. Rami plurimi, oppoſiti, ſarmentoſi, nodoſi, 4-goni. Fol. oppoſita, amplexicaul. ovata, acuta, integerr. glabra. Fl. axill. utrimq. ſolitar. Cor. lutea.
Fagara pentandra non videtur pertinere ad hoc genus.

ROUPALA.

Cal. Perian. 0.
Cor. Pet. 4. oblong. obtuſa baſi anguſta, ſubtus convexa, ſupra concava.
Stam. Filam. 4. breviſſ. verſus medium petali inſerta.
Anth. oblong. obtuſæ, 2-locul. in cavitate petali reconditæ.
Piſt. Germ. ſubrot. villoſum. Styl. longus. Stigm. craſſiuſc. ſubovatum.
Peric. 1-locul.
Sem. 1.

montana. R. *Aubl. Guian. tab.* 32.
In Guiana ♄.
Frutex ramis 3-4-pollic. Fol. alterna, petiol. ovata, acuta, integerr. rigida, limbis ſurſum revolutis, quaſi canaliculatis. Fl. axill. & terminal. ſpicati, bini, ſemper ſeſſil. alterni. Per. villoſa, ſupra candicant. ſubtus lutea.

POUTERIA.

Cal. Per. 1-phyll. 4-part. lacin. ovat. acutis, non deciduis.
Cor. 1-pet. tubuloſa. Tubus brevis, calyc. fundo inſertus: limb. 4-dent. denticul. acutis, intra quos ſeta oblonga erigitur.
Stam. Filam. 4. tubo cor. ad baſin inſerta.
Anth. oblong. 2-locul.

Piſt.

Piſt. Germ. ſuperum, ovatum, villoſum. Styl. 4-gon. Stigm. 4-cuſpidat.
Peric. Capſ. ovat. pilis brevibus, rigidis tecta, 4-locul. 4-valv. valvis intus purpuraſcent.
Sem. ſolitar. oblonga, extus convexa, intus angulata, membrana tenui, purpur. involuta.

Guianenſis. P. *Aubl. Guian. tab.* 33.
In Sylvis ſinemarienſibus ♄.
Arb. 40-ped. ſuperne ramoſa, ramis rectis, ſparſis. Fol. congeſta, alterna, longe petiolat. ovat-oblong. acuta, integerr. rigida, glabra. Fl. axill. & ſupra ramulos, binati, ternati, breviter peduncul. Cor. ſubvirid.

MACOUCOUA.

Cal. Perian. 1-phyll. 4-part. lacin. brevibus, acutis.
Cor. 2-pet. receptac. piſtilli inſerta: tubus breviſſ. limb. 4-fid. lacin. ſubrotun.
Stam. Filam. 4. intra diviſuras cor.
Anth. ſubrot. 2-locul.
Piſt. Germ. minimum, ſubrotun. Styl. nullus, Stigm. obtuſum.
Peric. . . . . . .
Sem. . . . . . .

Guianenſis. M. *Aubl. Guian. tab.* 34.
In Caïenna, & Guiana ♄.
Arb. 30-40-ped. ſuperne ramoſa. Fl. axill. corymboſi, peduncul. Cor. alba.

VOTOMITA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.
Cor. Pet. 4. oblong. acuta, reclinata, diſco inſerta.
Stam. Filam. 4. breviſſ.
Anth. oblong. membrana tenui terminatæ, & in cylindrum tubuloſum quaſi connatæ, introrſum dehiſcentes.
Piſt. Germ. calyce incluſum, diſco coronatum. Styl. longus, tubum, ſtaminibus formatum, perforans. Stigm. 4. oblong. acuta.
Peric. Drupa infera, cal. adnata, & coronata, 1-locul.
Sem. 1. ſtriatum.

Guianenſis. V. *Aubl. Guian. tab.* 35.
In Guiana ♄.
Frutex 5-6-ped. ſuperne ramoſus; ramis ſparſis, nodoſis; ramuſc. 4-angul. Fol. oppoſita, ſubſeſſil. ovata, acuta, integerr. rigida, glabra. Stipula brevis, acuta, ad baſin petioli, decidua. Fl. axill. corymboſi. Corymb. oppoſiti, 3-4-fl. Cor. alba.

ROUHAMON.

Cal. Perian. 1-phyll. 4-part. lacin. acutis; ſquamulis 2. ad baſin munitum.
Cor. 1-pet. tubuloſa. Tubus brevis, receptaculo piſtil. inſertus: limbus 4-fid. laciniis acut. villoſis.
Stam. Filam. 4. tubo cor. inſerta.
Anth. oblong. 2-locul.
Piſt. Germ. ovatum. Styl. longitudine cor. Stigma obtuſum.
Peric. Capſul. orbicul. 1-locul.
Sem. 2. ovata, hinc plana, inde convexa.

Guianenſe. R. *Aubl. Guian. tab.* 36.
Ad ripas fluvii Sinemarienſis ♄.
Frutex 7-8-ped. Rami longiſſ. ſupra arbores ſparſi. Fol. oppoſita, ſubſeſſil. ſubrotun-acuta, integerr. ſupra pallide virent. ſubtus ſubcinerea, trinervia. Fl. corymboſi: corymbi axill. oppoſiti, ſubſeſſil. Cor. alba. Capſ. flaveſcens. Quandoq. cirrhus axill. oblong. rectus, ad apicem incurvus, & incraſſatus.
Var. cirrhis orbata: *fol. glabrioribus*: *fl. & fructibus min.*

COUSSAREA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 5-dent.
Cor. 1-pet. Tubus brevis, diſco ſupra germen inſertus: limb. 4-fid. lacin. oblong. acutis.
Stam. Filam. 4. tubo inſerta, infra diviſuras limbi.
Anth. oblong. 2-locul.
Piſt. Germ. ſubrotun. cal. adnatum, diſco coronatum. Styl. longus. Stigm. 4-5-cuſpidat.
Peric. Bacca ovat. umbilic. 1-locul.
Sem. 1. coriac. ſubrotund.

violacea. C. *Aubl. Guian. tab.* 38.
In Guiana ♄.
Frutex 8-ped. ramoſus, ramis, & ramulis oppoſitis. Fol. ampla, oppoſita, petiolat. ovata, acuta, integerr. glabra. Stipul. ad baſin utrimq. petiol. latæ, acutæ. Fl. terminal. corymboſi, corymb. ſubſeſſilibus. Cor. alba. Bacca cortice extus violac. intus ſubcarnoſ. lutea.

EVEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. patens, 4-dent. denticul. minimis.
Cor. 1-pet. infundibulif. Tubus longus, diſco ſupra germen inſertus; limb. 4-fid. lacin. acutis.
Stam. Filam. 4. breviſſ. tubo ad baſin inſerta. Anth. oblong. linear. 2-locul.
Piſt. Germ. inferum, ovat. calycis fundo adnatum, diſco coronatum. Styl. brevis. Stigma 2-lobum.
Peric. . . . . . .
Sem. . . . . . .
Fl. capitati. Invol. 4-phyll. foliol. 2. inferior. latioribus, oppoſitis, ſubrotun. acutis.
Guianenſis. E. *Aubl. Guian. tab.* 39.
In Guiana ♄.
Frutex 6-8-ped. Rami oppoſiti, nodoſi, 4-goñi Fol. oppoſita, petiolat. ovata, oblonga, integerr. rigida, glabra. Stipul. 2. utrimq. ad baſin petioli, breves, acutæ. Capitula axillar. pedunculata. Receptacul. fl. paleaceum.

FAMAREA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.
Cor. 1-pet. tubuloſa. Tubus diſco ſupra germen inſertus: limb. 4-fid. lacin. oblong. acutis.
Stam. Filam. 4. brevia, tubo verſus baſin inſerta. Anth. oblong. linear, 2-loc.
Piſtil. Germ. calyci adnatum, inferum. Styl. longus. Stigma ſubrotun. 2-lob.
Peric. 2-locul.
Sem. . . . . . .
corymboſa. F. fol. ovat. acutis: pedunc. ternatis, corymboſis. *Aubl. Guian. tab.* 40. f. 1.
In Guiana ♄.

Frutex 7-8-ped. Rami ſparſi, oppoſiti. Fol. ſubſeſſil. integerr. glabra. Stipul. 2. utrimq. ad baſin petioli, acutæ. Fl. in 3. corymbos terminal., pedunculati: corymbi compreſſi, quaſi flabelli, 10-15-fl. Cor. alba.

ſeſſiliflora. F. fol. ovatis, acutis: fl. ſeſſilibus, terminatricibus. *Aubl. Guian. tab.* 40. f. 2.

Iiſdem in locis ♄.

Differt a priore fl. ſeſſilibus, corymb. 3-4-*fl. Cor. tubo longiore.*

MALANEA.

Cal. Perian. 1-phyll. 4-dent.

Cor. 1-pet. Tubus breviſſ. diſco ſupra germen inſertus: limb. 4-fid. lacin. acut. villoſis.

Stam. Filam. 4. tubo inſerta, intra diviſuras cor.

Anth. ſubrotun 2-locul.

Piſt. Germ. ſubrotun. calycis fundo adnatum, diſco coronatum. Styl. 2-fid. Stigm. obtuſum.

Peric. Bacca ovat. calyc. denticul. coronata, 1-locul.

Sem. Officul. 2-locul. Sem. 1. oblong. in quolibet loculo.

ſarmentoſa. M. *Aubl. Guian. tab.* 41.

Supra arbores in Guiana ♄.

Frutex 5-6-ped. Rami longiſſ. oppoſiti, ſupra proceras arbores expanſi. Fol. oppoſita, petiolat. ovata, obtuſa, integerr. ſupra viridia, ſubtus tomentoſa, lanugine rufeſcente. Stipul. utrinq. ad baſin petiolor. oblong. acuta, villoſa, decidua. Fl. glomerulis oppoſitis in ſpicam digeſti; ſpicis oppoſitis, axillar. villoſis. Cal. tomentoſus. Cor. ſubcœrul. Bacca viridis.

TONTANEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.

Cor. 1-pet. infundibulif. Tubus longus, diſco ſupra ovarium inſertus. Limb. 4-fid. lacin. acutis.

Stam. Filam. 4. oblong. fauci cor. inſerta.

Anth. ſubrot. 2-locul.

Piſt. Germ. ſubrotun. fundo calyc. adnatum, diſco coronatum. Styl. longus, 2-part. Stigm. obtuſa.

Peric. Bacca ovata, calyc. denticul. coronata, 2-partibil. 2-locul.

Sem. plurima, ſubrotun. convexa, marginata, diſſepimento adfixa, nigricant.

Guianenſis. T. *Aubl. Guian. tab.* 42.

In ſylvis Caïennæ & Guianæ ♃.

Caules decumbent. radicant. carnoſi, ſemiped. erecti, tomentoſi. Fol. oppoſita, petiolat. ovata, carnoſa, integerr. ſubtroment. Stipul. utrimq. 2. ad baſin petioli. Fl. axill. capitati, longe peduncul. Capitula 3-5-fl. Cor. alba, vel cœrul. Bacca carnoſa, viſcoſa, cœrul.

PATABEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent. denticul. acut.

Cor. 1-pet. Tubus oblong. diſco ſupra germen inſertus. Limb. 4-fid. lacin. oblong. acutis.

Stam. Filam. 4. brevia, tubo ad faucem inſerta.

Anth. oblong. 2-locul.

Piſt. Germ. inferum, calyc. fundo adnatum, diſco coronatum. Styl. oblong. 2-fid. Stigm. 2. obtuſa.

Peric. . . . . . .

Sem. . . . . . .

coccinea. P. *Aubl. Guian. tab.* 43.

In Guiana ♄.

Frutex 4-5-ped. ſuperne ramoſus. Fol. oppoſita, petiolat. ſubtus pallide virent. Stipul. utrimq. ad baſin petioli, oblong. acutæ. Fl. terminal. capitati. Capitulum ſquamoſum. Receptac. paleis oblong. acutis, intra ſingulos fl. Cor. rubra.

Embelia *Burmanni.*

De charactere huius generis eſſentiali nihil certi pronunciare audeo, non viſa ſpecie Burmanniana; fide autem König. binæ huius ſunt ſpec.

Ribes. E. fol. obovat. alternis. *Burm. Ind. tab.* 23. *In India.*

Groſſularia. E. fol. ovat-lanceol. oppoſitis: fl. tetrandris. *Retz. Obſ. faſc.* 4. *In Tranquebaria.*

Arb. ramis oppoſitis. Fol. petiolat. integerr. nervóſa, pallide virid. Racemi compoſiti, terminal. ramorum, e folior. axillis prodeunt. Fl. parvi, albeſcentes. Cal. inferus, cavus, 4-fid. laciniis rotundatis. Stam. 4. Piſtil. Stigm. capitatum. Stylus nullus, Germ. ſuperum, globoſum. Bacca.

Huius gen. videtur Ribeſioides Lin. *Fl. Zeyl. etſi pentandra ſit, & pentapetala.*

DIGYNIA.

PEGAMEA.

Cal. PErian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.

Cor. 1-pet. Tubus brevis, diſco ſupra germen inſertus: limb. 4-fid. lacin. ſubrotun. villoſis.

Stam. Filam. 4. breviſſ. fauci tubi inſerta. Anth. ſubrot. 2-locul.

Piſt. Germ. fundo calyc. adnatum, ſubrot. diſco coronatum. Styli 2. Stigmata acuta.

Peric. Bacca calyc. fundo immerſa, 2-locul.

Sem. Officul. 2. hinc convexa, inde plana, 2-locul. unicum in quol.bet loculo; quandoq. unum abortitur.

Guianenſis. P. *Aubl. Guian. tab.* 44. *In Guiana* ♄.

Frutex 7-8-ped. ramulis inclinatis. Fol. oppoſita, lanceol. integerr. glabra. Stipul. amplexic. 2-loba. Fl. axill. terminal. oppoſiti, ſeſſil. laxe ſpicati. Cor. alba. Bacca viridis.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Fl. monopet. inferi, monospermi.

289. *Mirabilis.* CAl. inferus. Cor. infundibulif. ſupera. Nectar. globoſum, germen includens. Nucula infra corollam.

256. *Weigelia.* Cor. infundibulif. Styl. e baſi germinis. Stigm. peltat. Sem. 1.

258. *Plumbago.* Cal. 6-dent. Cor. infundibulif. 5-fid. Stam. ſquamis baſin cor. claudentibus, inſerta. Stigm. 5-fid. Sem. 1, oblong. tunicatum.

Fl. monopet. inferi, 2-ſpermi. Aſperifoliæ.

221. *Cerinthe.* Cor. limbus tubuloſo-ventricoſus, ore 5-dent. fauce nuda. Anth. pone hamulis cohærentes. Capſ. 2-locul. ex ſeminibus binis, oſſeis coalitis.

227. *Meſſerſchimidia.* Cor. infundibulif. fauce nuda. Bacca ſuberoſa, 2-partibilis; ſingulo 2-ſpermo.

Fl. monopet. inferi, 4-ſperm. Aſperifoliæ.

226. *Echium.* Cor. tubuloſo-campanifor. irregular. fauce nuda. Stam. inæqualia.

214. *Heliotropium.* Cor. hypocrateriſ. 5-fida, dentibus interiectis; centro fl. plicato, ſine glandulis.

219. *Pulmonaria.* Cal. priſmatico-5-gon. 5-dent. Cor. infundibulif. limbo 5-fid. concavo, lacin. rotundis, fauce pervia.

216. *Lithoſpermum.* Cal. 5-part. Cor. infundibulif. limbo 5-fid. fauce perforata, nuda. Sem. 4, dura. Differt a Myoſotide fauce pervia, & ſtigmatibus binis.

222. *Onoſma.* Cor. tubuloſo-ventricoſa, 5-fid. fauce pervia. Sem. 4, diſtincta.

220. *Symphytum.* Cor. tubuloſo-ventricoſa, limb. 5-fid. ſegmentis erectis; fauce clauſa radiis ſubulatis.

223. *Borago.* Cor. rotata, 5-part. ſegment. cuſpidatis; fauce rad. clauſa duorum ordinum. Filam. breviſſi-

ma, fulcro ad basin adfixa. Anth. oblong. acutæ, conniventes.

225. *Lycopsis*. Cor. infundibulif. tubo incurvo; limbo 5-fid. fauce fornicata.

224. *Asperugo*. Cal. 5-fid. post efflorescentiam compressus, forma 2-valv. Cor. infundibulif. tubo recto, brevissimo; limbo semi-5-fid. squamulæ 5. in fauce positæ.

218. *Cynoglossum*. Cor. infundibulif. tubo brevi, segment. orbicular. fauce clausa fornicibus. Sem. 4, depressa, interiore tantum latere stylo adfixa.

217. *Anchusa*. Cor. infundibulif. tubo longo, recto, limbi segment. orbicularibus: fauce clausa 5 squamul.

215. *Myosotis*. Cor. hypocraterif. 5-fid. emarginata: faux glandulosa, interiectis plicis albidis.

Fl. monopet. inferi, 5-sperm.

229. *Nolana*. Cor. monopet. campanulata. Styl. inter germina. Sem. 5, baccata, 2-4-locul.

Fl. monopet. inferi, angiospermi.

290. *Coris*. Cal. 10-dent. Cor. subringens, 5-fid. Stigm. capitatum. Capf. 5-valv. 1-locul.

241. *Hydrophyllum*. Cor. campanul. intus striis 5, melliferis, longitudinalibus exarata. Stigm. 2-fid. Capf. globosa, 2-valv. 1-locul.

329. *Galax*. Cal. 10-phyll. Cor. hypocraterif. Stigm. subrotun. Capf. 2-valv. 1-locul. elastica.

234. *Cortusa*. Cal. 5-fid. Cor. rotata, semi-5-fid. fauce anulo elevato. Capf. ovalis, 1-locul. apice 5-valv.

244. *Anagallis*. Cal. profunde 5-fid. Cor. rotata, 5-fid. Capf. circumscissa, 1-locul.

243. *Lysimachia*. Cal. 5-fid. Cor. rotata, 5-part. Stigm. obtusum. Capf. globosa, mucronata, 5-10-valv. 1-locul.

237. *Cyclamen*. Cor. rotata, 5-part. reflexa, fauce prominente. Stigm. acutum. Capf. globosa, pulposa, 5-valv. 1-locul. polysperm.

236. *Dodecatheon*. Cor. rotata, reflexa. Stam. tubo insidentia. Stigm. obtusum. Capf. oblong. 1-locul.

235. *Soldanella*. Cal. 5-fid. Cor. campanulata, lacero-multifida. Stigm. simpl. Capf. cylindracea, 1-locul. apice multident.

233. *Primula*. Involuc. umbellæ. Cal. 5-fid. Cor. infundibulif. ore patulo, fauce pervia. Stigm. globosum. Capf. 1-locul. 5-10-valv.

232. *Androsace*. Involuc. umbellæ. Cor. hypocraterif. tubo brevi, ventricoso, ore 5-fid. glanduloso; fauce co-

arctata. Capſ. globoſa, 1-locul. 5-valv. polyſperm.

231. *Aretia*. Cor. hypocraterif. tubo ovato, limbo 5-fid. Stigm. depreſſo-capitatum. Capſ. globoſa, 1-locul. ſub 5-ſperm.

240. *Hottonia*. Cal. 5-fid. Cor. hypocraterif. tubo infra ſtam. limbo 5-fid. plano, plicis binis ad baſin ſinguli ſegmenti. Stigm. globoſum. Capſ. acumin. 1-locul.

238. *Menyanthes*. Cal. 5-fid. Cor. campanul. ſemi-5-fid. laciniis ciliatis. Stigm. 2-fid. Capſ. oblonga, 1-locul. 2-valv. polyſperm.

239. *Doræna*. Cor. 5-fid. Stigm. emarginatum. Capſ. 1-locul.

361. *Allamanda*. Contorta. Capſ. lenriform. echinata, erecta, 2-valv. valvulis cymbiformibus polyſper. Sem. imbricata.

245. *Theophraſta*. Cor. campanulata, laciniis, & diviſuris obtuſis. Stigm. acutum. Capſ. maxima, globoſa, 1-locul. polyſper.

253. *Sheſfeldia*. Cor. campanulata. Filam. 10, alterna ſterilia. Capſ. 1-locul. 5-valv.

246. *Retzia*. Cor. cylindrica, extus villoſa. Stigm. 2-fid. Capſ. 2-locul.

247. *Spigelia*. Cor. infundibulif. Stigma ſimplex. Capſ. globoſa, didyma, 2-locul. polyſper.

248. *Ophiorrhiza*. Cor. infundibulif. Stigma 2-fid. Capſ. 2-loba, 2-locul.

261. *Convolvulus*. Cor. campanulata, plicata. Stigm. 2-fid. Capſ. 2-locul. loculis 2-ſperm.

250. *Liſianthus*. Cor. infundibulif. tubo ventricoſo, laciniis recurvatis. Cal. carinatus. Stigm. 2-lamellatum. Styl. perſiſtens. Capſ. oblonga, 2-locul. 2-valv. valvularum marginibus intortis, polyſperma.

308. *Patagonula*. Cal. fructiferus maximus. Cor. rotata. Stylus dichotomus, declinatus. Capſ. 2-locul.

293. *Datura*. Cal. tubuloſo-angulatus, deciduus. Cor. infundibulif. 5-angulato-plicata. Capſ. 4-valv. 2-locul. polyſper. plerumq. echinata.

294. *Hyoſcyamus*. Cor. infund bulif. inæqual. obtuſa, 5-fid. Stam. declinata. Stigm. capitatum. Capſ. operculata, 2-locul.

295. *Nicotiana*. Cor. infundibulif. limbo plicato. Stam. inclinata. Stigm. emarginatum. Capſ. 2-valv. 2-locul.

292. *Verbaſcum*. Cor. rotata, ſubinæqualis, limbo 5-fid. Stam.

inæqual. declinata. Stigm. obtuſum. Capſ. 2-valv. 2-locul.

306. *Chironia*. Cor. rotata. Stam. tubo cor. inſidentia. Anth. defloratæ ſpirales. Capſ. 2-locul.

230. *Diapensia*. Cal. 8-phyll. imbricatus. Cor. hypocraterif. Capſ. 3-locul.

259. *Phlox*. Cal. priſmaticus. Cor. hypocraterif. tubo curvo. Stam. inæqual. Stigm. 3-fid. Capſ. 3-locul. 1-ſperm.

263. *Polemonium*. Cor. 5-part. fundo clauſo valvis ſtaminiferis. Stigm. 3-fid. Capſ. ovata, 3-locul. ſupera.

262. *Ipomea*. Cor. infundibulif. Stigm. capitato-globoſum. Capſ. 3-locul.

291. *Broſſæa*. Cal. carnoſus. Cor. truncata. Capſ. 5-locul. polyſper.

254. *Azalea*. Cal. campanif. 5-fid. repandus. Cor. campanulata. Stam. receptac. inſerta. Stigm. obtuſum. Capſ. 5-valv. 5-locul. ſubrotunda. Staminum num. differt ab Erica, & Andromeda.

255. *Epacris*. Cor. infundibulif. villoſa. Squamæ nectariferæ germini adnatæ (in quo eſſentia generis). Capſ. 5-valv. 5-locul.

368. *Ceropegia*. Contorta. Cor. limbus connivens. Folliculi 2, erecti. Sem. plumoſa.

363. *Nerium*. Contorta. Cal. parvus, 5-fid. Cor. tubus terminatus corona lacera villoſa; laciniis magnis, profundis. Folliculi 2, erecti. Sem. plumoſa.

364. *Echites*. Contorta. Cor. infundibulif. fauce nuda. Folliculi 2, erecti. Sem. pappoſa.

269. *Pergularia*. Contorta. Cor. hypocraterif. Nectar. ambiens genitalia cuſpidibus 5. ſagittatis. Folliculi 2.

365. *Plumeria*. Contorta. Cor. infundibulif. Follic. 2, reflexi. Sem. alata, membranæ propriæ inſerta.

366. *Cameraria*. Contorta. Cor. hypocraterif. Follicul. 2, horizontales, lobati. Sem. alata.

367. *Tabernæmontana*. Contorta. Cor. hypocraterif. Follic. 2, pulpoſi. Sem. nuda.

362. *Vinca*. Contorta. Cor. hypocraterif. 5-fid. lacin. extrorſum latioribus. Follic. 2, erecti. Sem. nuda, remota.

302. *Ignatia*. Cal. 5-dent. Cor. infundibulif. longiſſima. Drupa 1-locul. polyſper.

358. *Cariſſa*. Contorta. Baccæ 2, polyſperm.

305. *Jacquinia*. Cor. 10-fida. Stam. receptac. inſerta. Bacca 1-ſperm.

311. *Laugieria*. Cor. 5-fid. Stigm. capitatum. Drupa nucleo 5-locul.

357. *Pæderia*. Contorta. Styl. 2-fid. Bacca inflata, fragilis, 2-ſperm.

310. *Varronia*. Cor. 5-fid. Stigm. 4-duplex. Nux 4-locul.

307. *Cordia*. Cal. baccæ accretus. Cor. infundibulif. Styl. dichotomus. Drupa nucleis 2-locul.

309. *Ehretia*. Stigm. emarginatum. Drupa 4-ſperm. Nux 2-locul.

228. *Tournefortia*. Bacca 2-locul. 2-ſperma, ſupera, apice 2 poris perforata.

356. *Rauwolfia*. Contorta. Bacca ſucculenta, 2-ſperm. Sem. cordata.

359. *Cerbera*. Contorta. Drupa 1-ſperm. Nux compreſſa, retuſa.

418. *Arduinia*. Cor. monopet. curvata. Stigm. 2-fid. Bacca 2-locul. 2-ſper. Sem. oblong.

320. *Myrſine*. Cor. ſemi-5-fid. connivens. Stigm. villoſum. Germ. corollam replens. Bacca nudeo 5-locul. Eſſentia generis ſita eſt in ſtigmate maximo, fimbriato-plumoſo, extra fl. exporrecto.

321. *Bladhia*. Cor. rotata, decidua, Bacca 1-ſper. Sem. arillatum.

303. *Ceſtrum*. Cor. infundibulif. Stam. denticulo in medio notata. Bacca 1-locul. polyſper. Differt a Lycio bacca 1-locul.

312. *Brunſfelſia*. Cor. infundibulif. longiſſima. Bacca 1-locul. polyſper.

251. *Randia*. Cal. 1-phyll. truncatus. Cor. hypocraterif. Bacca 1-locul. cortice capſulari.

252. *Fagræa*. Cal. campanulat. Cor. infundibulif. Stigm. peltatum. Bacca carnoſa, 2-locul. Sem. globoſa.

300. *Strychnos*. Cor. 5-fid. Stigm. capitatum. Bacca cortice lignoſo, 1-locul.

299. *Capſicum*. Cor. rotata. Anth. conniventes. Bacca exſucca, 2-locul.

298. *Solanum*. Cor. rotata. Anth. ſubcoalitæ, apice biperforatæ. Bacca 2-locul. calyce patulo tecta.

297. *Phyſalis*. Cor. rotata. Anth. adproximatæ. Bacca 2-locul. intra calyc. inflatum clauſa.

296. *Atropa*. Cor. campanul. Stam. diſtantia, incurva. Bacca globoſa, 2-locul.

242. *Elliſia*. Cor. infundibulif. anguſta. Bacca ſubrotunda, exſucca, 2-locul. 2-valv. Sem. 2, punctata, altero ſupra alterum.

304. *Lycium*. Cal. 5-dent. Cor. tubuloſa, fauce clauſa filamentorum villo. Bacca 2-locul. polyſperm.

206. *Menais*. Cal. 3-phyll. Cor. hypocraterif. Stigm. 2. Bacca 4-locul. 4-ſperm.

314. *Siderοxylon*. Cor. 8-10-fid. laciniis interioribus incurvis. Stigm. ſimpl. Bacca 4-5-ſper.

313. *Chryſophyllum*. Cor. campanul. 10-fid. lacin. exterioribus patentiſſimis. Bacca 10-ſper.

* *Achras*.

Fl. monopet. ſuperi.

268. *Samolus*. Cal. 5-fid. Cor. hypocraterif. 5-fid. Stam. munita ſquamulis cor. Stigm. capitatum. Capſ. 1-locul. infera, 5-valv. polyſperm.

272. *Bellonia*. Cor. rotata. Stigm. acutum. Capſ. infera, 1-locul. polyſper: umbilico roſtrato.

249. *Vireta*. Cal. 5-phyll. dentibus interiectis. Cor. infundibulif. Stigm. 2-part. Capſ. 1-locul.

271. *Macrocnemum*. Cor. campanul. Stigm. 2-lob. Capſ. infera, turbinata, 2-locul. Sem. imbricata.

270. *Rondeletia*. Cor. infundibulif. Stigm. obtuſum. Capſ. infera, ſubgloboſa, coronata, 3-locul. polyſper.

275. *Cinchona*. Cor. infundibulif. apice lanata. Stigm. ſimpl. Capſ. infera, 2-locul: diſſepimento paralello. Sem. imbricata.

273. *Portlandia*. Cor. ventricoſa. Anth. longitudinal. Stigm. ſimplex. Capſ. 5-gona, retuſa, 2-locul. polyſper. coronata calyc. 5-phyll. Sem. imbricata.

265. *Roëlla*. Cor. infundibulif. fundo clauſo valvulis ſtaminiferis. Stigm. 2-fid. Capſ. cylindrica, 2-3-locul. coronata, infera.

266. *Phyteuma*. Cor. tubuloſo-corniculata, 5-fid. lacin. linearibus, baſi coalitis. Stigm. 2-3-fid. Capſ. infera, 2-3-locul. Sem. exigua. Fl. in capitulum, aut ſpicam collecti.

264. *Campanula*. Cal. 5-fid. Cor. ſæpius campanul. 5-fid. fundo clauſo valvulis ſtaminiferis. Stigm. 3-fid. Capſ. infera, poris lateralibus, dehiſcens.

274. *Scævola*. Cor. monopet. irregularis, tubo longitudinaliter fiſſo; limbo 5-fid. laterali, flabellifor. Drupa infera, 1-ſper. Nux 2-locul.

267. *Trachelium*. Cor. infundibulif. Stigma capitatum. Capſ. infera, 3-locul. perforata.

288. *Matthiola.* Cor. infundibulif. longiſſ. indiviſa, ſupera. Cal. integer. Stigm. obtuſ. Drupa nucleo globoſo.

282. *Morinda.* Fl. adgregati, infundibulif. Stigm. 2-fid. Drupæ adgregatæ, 1-ſper.

276. *Pſycothria.* Cal. 5-dent. coronatus. Cor. infundibulif. Stigma emarginatum. Bacca globoſa. Sem. 2. hemiſphærica, ſulcata.

277. *Coffea.* Cor. hypocraterif. Stam. ſupra tubum. Stigm. 2-part. Bacca infera. Sem. arillat.

278. *Chiococca.* Cor. infundibulif. Stigm. ſimpl. Bacca infera, 1-locul. 2-ſperm.

360. *Gardenia.* Contorta. Cor. monopet. Anth. tubo cor. abſque filamentis, inſertæ. Bacca infera, 2-4-locul. polyſper.

301. *Genipa.* Cor. rotata. Stigm. clavatum. Bacca ſubrotun. 2-locul. Sem. nidulantia, cordata.

280. *Lonicera.* Cal. 5-dent. Cor. monopet. irregul. varia; tubuloſa, vel campanul. limbo 5-fid. lab. ſuper. 2-4-fid: infer. 3-fid. vel integro. Bacca infera, ſubrotund. 2-loc. polyſper.

281. *Trioſteum.* Cal. longitudine cor. Cor. monopet. ſubæqualis. Bacca infera, coriacea, 3-locul. 3-ſper.

287. *Muſſænda.* Cor. infundibulif. Stigm. 2, craſſiuſcula. Bacca infera, oblonga, 4-locul.

279. *Hamellia.* Cor. tubo longo, limbo 5-fid. Stigm. linear. Bacca infera, 5-locul. polyſper.

285. *Erithalis.* Cal. urceolat. Cor. rotata, 5-raro 6-part. lacin. linearibus, recurvis. Stigm. acutum. Bacca infera, ſubgloboſa, 10-loc.

* *Rubia.*

* *Crucianella.*

* *Prinos.*

Fl. pentapet. inferi.

337. *Hirtella.* Petal. 5. Filam. longiſſima, ſpiralia, perſiſtentia. Styl. lateralis. Bacca 1-ſperm.

315. *Rhamnus.* Cal. tubuloſus, 4-fid. intus coloratus, ſquamis ſtam. munientibus. Petal. 4-5. Bacca rotund. 2-3-locul. Dantur etiam fl. ſexu diſtincti.

317. *Ceanothus.* Cal. tubuloſus. Petal. 5, fornicata, ſacoata. Bacca ſicca, 3-locul. 3-ſper.

322. *Celaſtrus.* Cal. planus. Cor. 5-pet. patens. Capſ. 3-gon. 3-locul. Sem. arillata.

323. *Evonymus.* Cal. patens. Cor. 5-pet. Capſ. ovata, 5-gon. 5-locul. 5-valv. colorata. Sem. baccato-arillata.

341. *Aquilicia. Eſt Leea æquata.*

343. *Vitis.* Cal. 5-dent. Petal. ſæpe emarcido-connata. Styl. nullus. Bacca ſupera, 4-5-ſper. Fl. racemoſi.

331. *Elæodendrum.* Cor. 5-pet. Drupa ovata, nuce 2-locul.

334. *Corynocarpus.* Nectar. 5, petaliform. cum petalis alternantia, baſi glandulifera. Nux clavata.

336. *Mangifera.* Petal. 5, lanceol. Drupa reniform. Nucleus lanuginoſus.

330. *Cedrela.* Cal. marceſcens. Cor. 5-pet. infundibulif. baſi receptac. adnata. Capſ. lignoſa, 5-valv. 5-locul. baſi dehiſcens. Sem. deorſum imbric. alata.

332. *Calodendrum.* Petal. 5, explicata. Nectar. 5-phyll. Capſ. 5-locul.

319. *Biittneria.* Petal. 5, auriculata. Stam. apice petalis connata. Capſ. 5-cocca, muricata.

324. *Dioſma.* Cor. 5-pet. Nect. 5, ſupra germen. Capſ. 3-5. coalitæ. Sem. arillata.

325. *Hovenia.* Petal. 5, convoluta. Stigm. 3-fid. Capſ. 3-valv. 3-locul.

348. *Claytonia.* Cal. 2-valv. Cor. 5-pet. Stigm. 3-fid. Capſ. 1-locul.

345. *Roridula.* Cal. 5-phyll. Cor. 5-petal. Anth. baſi ſcrotiform. Capſ. 3-valv. 1-locul.

328. *Itea.* Petal. longa, calyci inſerta. Stigm. obtuſum. Capſ. 2-valv. 1-locul.

346. *Sauvagesia.* Cal. 5-phyll. Cor. 5-pet. fimbriata. Nectar. 5-phyll. cum petalis alternans. Capſ. 1-locul.

347. *Caroxylon.* Cor. 5-pet. Nectar. 5-phyll. connivens, cor. inſertum. Sem. tunicata.

326. *Brunia.* Fl. adgregati. Receptac. comm. villoſum. Stam. unguibus petalor. inſerta. Stigm. 2-fid. Sem. 1, villoſum.

284. *Kuhnia.* Flos compoſitus, floſculoſus. Receptac. comm. nudum. Sem. 1, pappoſum.

269. *Nauclea.* Cor. infundibulif. Receptac. comm. globoſum, nudum. Sem. 1, 2-locul.

* *Cæſalpinia pentandra.* * *Bombax pentandrum.*

* *Caſſia nichtitans.* * *Violæ.*

Fl. pentapet. ſuperi.

339. *Ribes.* Petal. 5., & Stam. calyc. 5-fid. inſerta. Styl. 2-fid. Bacca infera, globoſa, umbilicata, polyſperm.

333. *Eſcallonia.* Petal. 5, diſtantia, lingulata. Stigm. capitatum. Bacca 2-locul. polyſper.

342. *Hedera.* Petal. 5, oblong, patentia, apice non coalita. Stigm. ſimpl. Blacca globoſa, 5-ſperm. calyce cincta, Fl. in umbella ſimplici, Frutex volubilis.

338. *Plectronia.* Pet. 5, calycis fauci inſerta. Anth. ineluſæ, geminatæ. Bacca infera, 2-ſperm.

316. *Phylica.* Cal. turbinat. 5-part. Cor. 0. Squamæ 5. ſtam. munientes. Capſ. infera, 3-cocca. Fl. plurimi in diſcum, vel capitulum collecti.

340. *Gronovia.* Cal. coloratus. Pet. minuta, cum ſtaminibus calyc. inciſuris inſerta, Capſ. infera, colorata, 1-ſperm.

349. *Heliconia.* Spathæ utræque. Cal. 0. Cor. 3-pet. irregular. Nectar. 2-phyll. Capſ. 3-cocca.

327. *Cyrilla.* Pet. acuta, receptac. inſerta. Styl. 2-fid. perſiſtens. Capſ. 2-locul. polyſper.

335. *Argophyllum.* Pet. 5. Nectar. pyramidale, 5-angul. longitudine cor. Caſp. 3-locul.

344. *Lagœcia.* Involucra utraque. Petal. bicornia. Sem. 2., nuda.

283. *Convocarpus.* Cal. campanul. Pet. 5. conniventia, aut nulla. Sem. 1. inferum, nudum. Fl. adregati, excepta C. *racemoſa.*

Fl. incompleti, inferi.

350. *Achyranthes.* Cal. exter. 3-phyll. Cor. 0. Stigm. 2-fid. Sem. 1. oblong.

351. *Celoſia.* Cal. exter. 3-phyll. coloratus. Stam. baſi nectario plicato coniuncta. Capſ. horizontaliter dehiſcens, 3-ſper.

352. *Chenolea.* Cal. globoſus, 1-phyll. 5-fid. Capſ. 1-valv. 1-ſperm.

353. *Illecebrum.* Cal. cartilagineus, 5-phyll. Cor. 0. Stigm. ſimpl. Capſ. 5-valv. 1-ſper.

354. *Glaux.* Cal. campanul. 5-fid. coloratus. Capſ. 5-valv. 5-ſperm.

* *Polygonum amphibium: Lapathifolium.*

* *Ceratonia*.

Fl. incompleti, ſuperi.

355. *Theſium*. Sem. 1. calyci adnaſcitur itaut ſegmenta cal. ex ſummo ſemine naſci videantur. Segmenta cal. triangularia, 5-4, intus colorata. Stam. tot, quot ſegmenta fl. Tuba ſimpl. apice globoſo.

* *Loranthus*. *Trianthema monogyna*.

DIGYNIA.

Fl. monopet. inferi.

375. *Stapelia*. Contorta. Cor. rotata. Nectar. duplici ſtellula tegente genitalia. Planta carnoſa, ſuccoſa. Follic. 2.

372. *Cynanchum*. Contorta. Differt ab Aſclepiade nectario cylindrico, 5-dent.

371. *Periploca*. Cor. rotata. Nectar. 5, filiformia. Follic. 2.

373. *Apocynum*. Cor. campanul. ſemi 5-fid. Nect. glanduloſa, 5, ſetis 5. Follic. 2.

374. *Aſclepias*. Contorta. Cor. plana, vel reflexa, 5-fid. Nectar. 5, auriformia, unguicular. Follic. 2. Sem. pappoſa.

270. *Melodinus*. Contorta. Faux cor. coronata. (Nectar. in medio tubi ſtellatum). Bacca 2-locul. polyſper.

392. *Swertia*. Cor. rotata. Pori 5, nectariferi ad baſin cor. Capſ. 2-valv. 1-locul.

393. *Gentiana*. Cor. monopet. varia. Capſ. oblong. conica, 2-valv. 1-locul. receptacul. 2, longitudinalibus.

382. *Creſſa*. Cal. 5-phyll. Cor. hypocraterif. 5-fid. limbo reflexo. Filam. tubo inſidentia. Capſ. 2-valv. 1-ſper.

388. *Hydrolea*. Cal. 5-phyll. Cor. rotata. Filam. baſi cordata. Capſ. 2-valv. 2-locul.

260. *Porana*. Cal. 5-fid. in fructu maior. Cor. campanul. Styl. elongatus, ſemibifid. perſiſtens. Stigm. globoſa. Fruct. 2-valv.

389. *Schrebera*. Cal. 5-part. Cor. infundibulif. Filam. in fauce cor. ſquamis totidem baſeos.

383. *Steris*. Cal. 5-part. Cor. rotata. Bacca 1-locul. polyſper.

Fl. pentapet. ſuperi.

395. *Ruſſelia*. Cal. 5-phyll. Petal. 5, ſupera. Capſ. 1-locul. polyſper.

Fl. pentapet. inferi.

391. *Velezia*. Cal. filiform. cylindric. 5-dent. Cor. 5-pet. parva.

va. Stam. etiam 6. Capſ. cylindrica, 1-locul. polyſper. Sem. ſerie ſimpl.

376. *Linconia*. Cal. 4-phyll. Pet. 5, foveolæ nectar. baſi inſculpta. Capſ. ſeminifera, 2-locul.

387. *Nama*. Cal. 5-phyll. Cor. 5-part. minor. Capſ. 2-valv. 1-locul.

390. *Heuchera*. Cor. 5-pet. calyci inſerta. Capſ. 2-roſtris, 2-locul.

396. *Bumalda*. Cor. 5-pet. Styli villoſi. Capſ. 2-roſtris, 2-locul.

381. *Anabaſis*. Cal. 3-phyll. Cor. 5-pet. minima. Bacca 1-ſperm. calyce cincta.

* *Staphylæa pinnata*.

Fl. incompleti.

380. *Salſola*. Cal. 5-phyll. ſubcoloratus. Cor. 0. Capſ. globoſa, 1-ſperm. Sem. 1. cochleatum.

378. *Chenopodium*. Cal. 5-phyll. 5-gon. Cor. 0. Sem. 1, lenticulare, ſuperum, calyc. ſicco involutum. Fl. glomerato-racemoſi.

379. *Beta*. Cal. 5-phyll. baſi ſemen fovens. Cor. 0. Sem. 1, reniform.

377. *Herniaria*. Cal. 5-part. Cor. 0. Filam. 5, ſterilia. Tuba 2-fid. Capſ. 1-ſper. Sem. ovatum.

384. *Gomphrena*. Cal. coloratus, exterior 3-phyll. compreſſus. Pet. 5, rudia, villoſa. Nectar. cylindric. 5-dent. Styl. ſemi 2-fid. Capſ. circumſciſſa, 1-ſper.

385. *Boſea*. Ad polygamas eſt relata.

386. *Ulmus*. Cal. monophyll. 5-fid. emarcidus. Bacca ovalis, compreſſo-membranac. exſucca. Sem. 1.

* *Rhamnus Ziziphus*.

* *Polygonum Virginicum*.

* *Trianthema pentandra*.

Fl. pentapet. ſuperi, diſpermi.

UMBELLATÆ.

Involucro utroque.

394. *Vahlia*. *Ad Ruſſelliam eſt relata*.

397. *Phyllis*. Fructificationes ſparſæ. Stigmata hiſpida.

404. *Coproſma*. Flos hermaphroditus. Cal. 5-part. Cor. 5-7-fid. Stam. 5 ad 7. Styl. 2, longi. Bacca 2-ſper. Sem. planiuſcula. Fl. fem. & maſcul. ut in hermaphr.

398. *Eryngium*, Fl. capitati. Cal. comm. 5-phyll. foliol. longiſſimis, acutis, rigidis. Petal. introrſum flexa. Thalam. paleaceus. Sem. 2, latere plano contigua.

399. *Hydrocotile*. Umbella parva, ſimpl. irregular. Involuc. 4-phyll. Pet. integra. Sem. ſemi-orbiculato-compreſſa.

400. *Sanicula*, Umbella ſubcapitata, conferta. Involuc. univerſale fere 5-phyll. 3-lobat. aut certe dentatum. Partiale ex 5 foliol. lanceolat. Sem. oblong. muricata, cal. proprio coronata.

401. *Aſtrantia*. Involuc. univerſale magnum, polyphyll. coloratum. Cal. 5-dent. perſiſtens. Fl. maſculi, & hermaphroditi. Sem. non alata, 5-coſtata, ſed membrana tranſverſim plicata tecta. Sem. ſi hac membrana, quæ facile ſeparabilis eſt, exuantur, ad Ligulticl ſem. accedunt.

421. *Heracleum*. Involuc. caducum. Cor. radiata, inflexo-emarginata. Fruct. ellipticus, compreſſus, ſtriatus, vix emargin tus, membranaceus.

428. *Œnanthe*. Involuc. ſimpl. Fl. radiati, diſco ſterili. Pet. inæqual. Fruct. ovatus, cal. inſigni, 5-dent. coronatus. Sem. ovatum, non acuminatum, ſtriatum, intus planum,

403. *Echinophora*. Involuc. univerſale paucorum fol. partiale 1-phyll. multifid. Fl. radiati, petal. inæqualibus. Sem. ſeſſil. coronata involuc. indurato.

407. *Caucalis*. Involuc. ſimpl. Cor. radiatæ, diſci maſculæ. Pet. inflexo-emarginata. Fructus muricatus.

408. *Artedia*. Involuc. pinnatifida. Fl. radiati, diſci maſculi. Sem. margine crenis foliaceis.

409. *Daucus*, Involuc. univerſale fol. profunde pinnatifidis. Umbella in ſenio connivens, concava. Cor. ſubradiatæ, omnes hermaphrod. Fruct. pilis hiſpidus. Sem. ovalia, coſtata, aut ſtriata.

406. *Tordylium*. Involuc. ſimpl. Cor. radiatæ, omnes hermaphroditæ. Fruct. ſuborbiculat. margine crenatus.

420. *Laſerpitium*. Fl. floſculoſi, abortivi. Pet. inflexo-emarginata, patentia. Sem. plerumque 4-alata.

416. *Peucedanum*. Involuc. ſimpl. breviſſima. Fl. floſculoſi, abortivi. Fructus ovatus, utrimque ſtriatus, ala cinctus non pellucida.

410. *Ammi*, Involuc. pinnatifida. Cor. radiatæ, omnes hermaphroditæ. Fruct. exiguus, ſubrotund. lævis, Sem. intus planum, dorſo tenuius ſtriato.

405. *Haſſelquiſtia*. Pet. cordata. Fl. laterales maſculi, centrali hermaphrodito. Sem. ambitus geminata, margine crenata, ovalia, plana, medio convexa; diſci ſolitar. urceolata, hemiſphærica.

412. *Conium*. Involuc. dimidiata, ſub 3-phyll. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ſubgloboſus, 5-ſtriatus, utrimque crenatus.

411. *Bunium*. Umbella conferta. Involucc. ſetacea. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. cordata, reflexa. Fruct. ovali-longior, fere cylindric. Sem. ſubtiliter ſtriata. Rad. carnoſo-tuberoſa.

414. *Athamanta*. Pet. inflexa, emarginata. Fl. floſculoſi, fertiles. Fruct. ovat-oblong. ſtriatus. *Plures ſpec. ſpectant ad Selini genus*.

402. *Bupleurum*. Involucra umbellul. maiora (ſi adſint) 5-phyll. Fl. floſculoſi, flavi. Petal. involuta. Sem. in variis ſpeciebus varia, oblonga, ovat. ovat-acumin. coſtata, aut ſimpliciter ſtriata. Fol. in noſtris, ſimplic. integerr.

424. *Sium*. Involuc. polyphyll. Fl. floſculoſi, fertiles. Petal. cordata. Fruct. oblong-ovat. Sem. ovata, leviter ſtriata, intus plana, calyce minimo coronata.

413. *Selinum*. Involuc. reflexum. Fl. floſculoſi. Pet. cordata. Fruct. ovali-oblong. compreſſo-planus, in medio ſtriatus, ſtriis eminentibus, & ſubalatis, margine alato, ala magna, membranac.

427. *Cuminum*. Umbella 4-fid. involuc. longiſſim. ſetaceis. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. cordata. Fruct. ovatus, ſtriatus.

419. *Ferula*. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. cordata. Fruct. magnus, ovalis, compreſſo-planus, 5-ſtriat. cinctus ala magna, ſolida, non membranacea.

417. *Crithmum*. Involuc. horizontalia. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. planiuſcula. Sem. ovale, intus planum, tota ſuperficie cohærens; dorſo 3 obſcuris coſtis percurſo.

426. *Bubon*. Involuc. 5-phylla. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. planiuſcula. Fruct. ovatus, ſtriatus, villoſus.

418. *Cachrys*. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. planiuſcula. Fruct. magnus, ſubovatus, angulatus, cortice ſuberoſo.

422. *Liguſticum*. Involuc. membranacea. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. involuta. Fruct. ovato-acuminat. 5-coſtatus, coſtis ſubalatis, non roſtratus.

423. *Angelica*. Fl. floſculoſi, fertiles. Umbellul. globoſæ. Pet. incurva. Fruct. ſubrotund. angulatus, ſolidus, alis 2, membranaceis.

425. *Siſon*. Involucra paucifol. ſub 4-phyll. Fl. floſculoſi, fertil. Pet. cordata. Fruct. parvus, ovali-oblon. Sem. ſubtiliter ſtriata. *Carum*, *Bunium*, & *Siſon adfinia ſunt genera, ut ægre diſtingui poſſint.*

Involucris tantum partialibus.

431. *Æthuſa*. Involucc. dimidiata, 3-phyll. pendula. Fl. ſubrad. fertil. Fruct. ſubrotund. Sem. ovatum, intus planum, maxime gibbum, 5-coſtatum.

432. *Coriandrum*. Fl. ſubgloboſi. Involuc. univerſale 1-phyll. Involucc. dimidiata. Fl. radiati. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ſphæricus, aut didymus.

433. *Scandix*. Cor. radiata. Pet. emarginata. Floſc. diſci ſæpius maſculi Fruct. ſubulati.

434. *Chærophyllum*. Involucc. 5-phill. reflexa, concava. Fl. floſcul. Pet. inflex.-cordata. Fruct. oblong. lævis.

429. *Phellandrium*. Cor. radiata. Pet. cordiform. Fruct. ovatus, lævis, obiter 5-ſtriatus, coronatus cal. & piſtil.

435. *Imperatoria*. Umbella expanſo-plana. Fl. floſcul. fertil. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ſubrotund. compreſſus, medio gibbus, margine cinctus.

436. *Seſeli*. Umbellæ globoſæ, rigidulæ. Involuc. univerſale foliol. uno, alterove. Partiale polyphyll. Fl. floſcul fertil. Pet. cordata, reflexa. Fruct. ſubrotund. aut ovatus. Sem. ovatum, acuminat. intus planum, gibbum, 5-coſtatum.

430. *Cicuta*. Fl. floſcul. fertil. Pet. planiuſcula Fruct. ſubovatus, ſulcatus.

* *Bupleurum rotundifol.* * *Apium*.

Petroſelinum, & *Aniſum*.

Involucro nullo.

439. *Smyrnium*. Involuc. nulla. Fl. floſcul. abortivi. Pet. acuminata. Fruct. magnus, ſubrotund. Sem. carinata, dorſo ſubrotunda, & tribus coſtis obtuſis, & veluti funiculis percurſo; interiore facie veluti triangulari; neque idcirco tota plana, & contigua.

441. *Carum*. Fl. floſcul. abortivi. Pet. carinata, inflexo-emargin. Fruct. ovat-oblong. ſtriatus. Sem. intus plana.

437. *Thapſia*. Fl. floſcul. fertil. Pet. lanceol. integra. Fruct. oblong. membrana cinctus, quæ ſupra, & infra ampliter truncata eſt, & emarginata.

438. *Paſtinaca*. Fl. floſcul. fertil. Pet. involuta, integra. Fruct. elliptic. compreſſo-planus, ſtriatus, vix emarginatus.

440. *Anethum*. Fl. floſcul. fertil. Pet. involuta, integra. Fruct. ſubovata, compreſſus, ſtriatus,.

445. *Ægopodium*. Fl. exter. inæqual. inter. æqual. Pet. profunde cordata. Sem. magna, oblong. convexa; profunde ſtriata, nuda.

444. *Apium*. Involuc. 1-phyll. vel o. Fl. floſcul. fertil. Pet. inflexa, integra. Fruct. minimus, ſubrot. Sem. ovatum, intus planum, dorſo tenuiſſime ſtriato.

442. *Pimpinella*. Fl. ſubradiati, fertil. Umbel. ante efflorescentiam nutantes. Pet. cordata. Fruct. ſubrotund. aut ſubovatus. Sem. intus plana, pauliſper acumin. dorſo gibbo, tricoſtato.

443. *Cuſſonia*. Pet. trigona. Margo receptac. dilatatus in calyc. 5-dent.

TRIGYNIA.

Fl. ſuperi.

